J. J.

JOHAN. GEORGII. SIMONIS.

J. U. D.

BREVIS. DELINEATIO. IMPOTENTIÆ. CONJUGALIS. DIU. HACTENUS. DESIDERATA,

NUNC. VERO.

DENUO. REVISA, ET. OPPOSITA. SPURIIS. EXEMPLARIBUS. QVÆ. VULGO. CIRCUMFERUNTUR.





JENÆ.

IMPENSIS. JOH. THEODORI. FLEISCHERI BIBLIOPOLÆ.

A. O. R. M. DC. LXXV.

INDEX
RERUM AC VERBORUM.

Monendum heic, quod per literam C. denotetur Caput, per T. Thesis, per n. Numerus marginalis, per p. pagina.

A.

B.

Con-

Ma-

N.

So-

FINIS.



L. S.



Ommeritã forsitan reprehensionem, insulsamq; scribendi nigredinem meritũ esse me, haud iniquè arbitraberis, placide pariter & verecunde Lector; videlicet qvum rẽ aggressus sim, explicatis hisce chartis, arduam, graviori certè senio sacram, juxtim & quotidianæ ut plurimum observantiæ addicatam, *vid. Hermann. Vultej. Cons. Marpurg. vol. 2. cons. 9. num. 2. p. m. 50. b. Jacob. Menoch. cons. 69. num. 59.* Materiam namque si ponderes, verè pudica est, & ultra tori sacrarium rarissimè extendenda: sanè perita est, saniorique Consistoriorum cribro quammaximè relinquenda: utique pulchra est, & humeris juris peritiorum unicè committenda. Operam si altius repetas, ab eo processit, quem juvenem ætas, ac theoriæ juris, quaqua licuit, addictum rerum tempora voluerunt: quem inscium livor, protervæque scurrilitatis asseclam invidia proclamarunt: quem atheon vulgus, & inauditæ temeritatis autorem turba judicarunt. Accedit ad hoc teterrimum urbanè minus jocandi œstrum, quo plurimi sæpissimè perculsi, etiam iis in factis, ubi propter honestatem,

A 2 quod

quod turpe est, temperare verbis oporteat, *Petr. de Ancharan. ad c. 1. accepisti. X. de Frigid. & Maleficiat. num. 9. p. m. 33. a. Bartol. à Saxoferrat. ad L. Cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adulter. p. m. 344.* culpatæ levitatis verba protrudunt, contegendos conjugii actus spurcâ temeritate divulgant, piisq; ut & illibatis auribus, queis meritò parcendum, fomenta scandali suppeditant, *vid. Carol. Scriban. Instit. Polit. Christian. libr. 1. cap. 11. p. m. 452. & seqq. Johann. Azor. Instit. Moral. libr. 3. cap. 10 p. m. 13[?]. & seqq. Johann. de Dicastill. de Justit. & Jur. libr. 1. Disp. 3. dub. 15. Hierem. Drexel. Nicet. sive Triumph. t. in contin. Libr. 1. cap. 8. p. m. 46.* At adsit, licet, statuendi diffidentia, scribendique haud expedita facultas: obstet suo modo incondita pudoris displicentia, scurrilisque quorundam salacitas: oppugnet me pro lubitu abjurata imperitiorum reverentia, plorandaque suggillandi procacitas. Publicam ventilandi ansam subministrare meditatus sum, occasionem interim absolutum pariendi partum aliis derelinquens: eos, quibus nihil solidi in juventutem, sed in seram suam atque provectam tantum ætatem cecidisse arridet, responsione non dignari, sed hircis potius associare animus fuit, philosophis nimirum, barbas si spectes, optimis maximis: purus impuris existere non potui, neq; mirum hoc; cum vel liberis licitè operam dare, testante *Tullio libr. 1. Offic.* & re ipsâ fatente, honestissimum, *Novell. 22. Novell. 140. Novell. Leon. 26. princip.* ita tamen in pejorem partem ab impudicâ temeritate versum sit, ut suos, verba si spectes, quodammodò manes perpetiatur. Adeo nimirum leges, mores ac sermones suum habent ævum ac fatum, ut, quod revera semper honestè fieri putatur, quandoque inhonestum ac mi-

minus decens turbæ visum sit, *arg. Authent. Sed novo Jure.C, ad Leg Jul. de Adulter. Jacob. Cujac. 6. Observat. 36. Nicol. Borr. Decis. 20. Gramm. Decis. 3. aad Busaus, Vvidar. Christian. Virtut. Loc. de Verecund. cap. 2. & seqq. p. m. 660. Benedict. Carpz. Prax. Crimin part. 2. q. 55 num. 14. & q. 71 num. 34.* Nolo igitur obscœna eorum inire castra, utut nasuta inerudit Momi Gens id unicè clamitet, meque etiam, quod tamen nihili facio, doctioris Malevoli vanitatibus exponere conetur; sed tuo judicio erga me benevolo, candide juxtim ac tranquille Lector, me, measque paginas commendo, Sanctè, imò per DEUM Omnipotentissimum, ejusque Divinum, quod semper imploro, Auxilium asserens atque repromittens, me talem imposterum præstiturum, ut, qvum malo huic, nisi detecto, remedium quæri, pœnaq; execrandis hisce facinoribus, quæ quandoque per confessionem duntaxat Sacerdoti factam deteguntur, imponi non possit, *vid. Jodoc. Damhouder. Prax. Criminal. cap. 98 in fin. p. m. 292.* non obscurè appareat, cum *Nicol Hemming. de Divort. caus. 3. p. m. 195.* castum castis castissima protulisse, DIXI.

CAPUT PRIMUM,

QVOD DETUR IMPOTENTIA CONJUGALIS.

THESIS I.

THESIS I.

1. *De non-Ente disputare incongruum.*
2. *Datur Impotentia conjugalis.*
3. *Probatur hoc ab experientiâ communi.*
4. *Remonstratur idem per testimonia sacra.*
5. *Confirmatur per seriem experientiæ profanæ.*
6. *Conciliatur Impotentia sæpius per artes magicas.*
7. *Exemplum primum de Comite Territorii Westravienſis.*
8. *Stadlinus Necromanticus Lausanensis.*
9. *Alia infirmitas per dæmonem causata in Rychshofen.*

1. PLatonicas certè ideas cuicunq; emunctæ naris viro somniasse videtur, qui in declarando nec non poliendo negotio penè multus; in confirmando simul ac stabiliendo justo brevior offenditur. Qvamvis enim natura rerum conditum sit, ut quodvis inchoandum firmetur ante, quam confirmetur; fundetur, quam stabiliatur: non pauci tamen, in rebus præprimis mente supponendis, consummare ante, quam summare annituntur, ordine perverso. Non abs re igitur me facere adopinor, dum insistendo doctiorum gressibus, telam à quæstione *an sit* exordior, eâque ubilibet permunitâ, ad contexendum *quid sit* progredior: præprimis cum certum sit, multos in hoc negotio cetera longè celeberrimos viros quid humani perpessos esse.
2. Dari autem impotentiam conjugalem, abunde constat è factis, eorumque custodibus historiographis. Siquidem (cum *Paul. Jov. Histor. libr. 1.* loquor) in tantum progressus egerunt partim novercale quibusdam naturæ odium, partim & proterva delinquendi

di libido, ut nihil reliqvum tot maculis afflicto terrarum orbi fecisse videantur, cum ipsissima quoque conjugii sacra, bello tacta suo, vel externo malorum vitio
gemuerint. Naturæ defectum animadvertere discu- 4.
pis? Saram pensites, *Genes. 1'. v. 2.* Hannam consideres, *Samuel. 1.v.5.* Elisabetham æstumes, *Luc. 1. v. 7.*
plura sponte adeas, *Genes. 30. v. 1. Judic. 13. v. 2.* Pro- 5.
fana testimonia idem largientur: ubivis quippe experimur clandestinas fructi feri minus conjugii lamentationes, quamvis in masculis eædem rarius patefiant; quoniã exquisita sæpe salacis fæmellæ machinatio, non rarò fortissimis quoq; viris insidiari consveta, *vid. Francisc. Guinet. Justinian. Magn. cap. 7. num. 4. p. m. 117. Procop. de Bell. Vandalic. Libr. 2. p. m. 217* partum peregrè quæsitum incauto marito superinducit, eumque inopinatò cucurbitatum, (ne camarinam, disvadente hoc *Virgil. Lib. 3. Æneid.* commoveat) insuper conticescere, quid? sobolem alienam, instar cuculi pullos, enutrire efficit, *jung. Besold. Opuscul. Jurid. part. 4. de*
Nupt. c. 11. num. 4. Nec deest incantationum copia, 6.
queis maleficiosa gens incurabilem ferè, ni ipsa velit, aut Deus clementissimè avertat, infirmitatis labem conjugatis conciliat. Decantata esse adopinor, quæ pluri-
bus aliàs allegant *Autor. Histor Magic. de Spectr. Libr.* 7.
1. num. 217. Martin. Delrio Disquisit. Magic. Libr. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 3. p. m. 449. ex Jacob. Spreng. Mallefic. quæst. 1. cap. 1. Comitem quendam Westraviensis territorii, in finibus Argentinensis Diœcesios, uxorem equidem duxisse, nobili loco natam, eam tamen, quia viribus ad procreandam sobolem arte magicâ privatus

esset

8 esset, per triennium cognoscere haud valuisse. Recensent itidem *cit. Autor. Histor. Magic. Libr. 1. num. 220. Jacob. Sprenger. cit. Mall. Malef. part. 2. cap. 6. qu. 1. p. m. 193. Fr. Johann. Nider. Formicar. de Malefic. decept. cap. 3. p. m. 484.* in territorio Lausanensi necromanticum quendam, nomine Stadlin, captum fuisse, qui confitebatur, quod in certâ domo, ubi vir & uxor simul permanebant, per sua maleficia successivè in utero hujus uxoris septem infantes occidisset, ita ut semper abortum fecisset fœmina annis multis. Simile fecerat in eâdem domo omnibus pecoribus & jumentis fœtosis, quorum nullum vivum partum edidit istis annis. At cum hic maleficus quæstionaretur, qualiter talia procurasset, aut quomodò reus esse posset, facinus aperuit, dicens: subter limen ostii domus serpentem posui, qui si amovebitur, fœcunditas inhabitantibus restituetur: & sicut prædixit, ita evenit. Nam licet serpens non fuisset inventus, quia in pulverem redactus erat, terra tamen omnino deportabatur, & eodem anno uxori & omnibus jumentis fœcunditas restituta fuit. Aliud
9 factum in Rychusen *Idem Sprenger. l. c.* contigisse meminit: famosissima quædam malefica erat, utpote quæ solo tactu & omni horâ maleficiare & abortum procurare sciebat. In quo dum uxor cujusdam potentis impregnata esset, & ob sui custodiam quandam obstetricem ad se recepisset, monitaque ab eâdem obstetrice fuisset, ne castrum exiret, & quod præcipuè à colloquio & conversatione illius maleficæ supra dictæ se caveret. Post aliquot septimanas immemor illius monitionis castrum exiens, quasdam mulieres conjugatas in quodam con-

convivio visitandi gratiâ accessit, ubi, cum paululum resedisset, malefica supervenit, & ipsam dominam, quasi salutationis causâ, super ventrem ambabus manibus tetigit, & subitò puerum se dolorosè movente persensit. Unde territa ubi ad propria rediisset, & rem gestam obstetrici narrasset, heu inquiens illa, puerum perdidisti, exclamavit: &, ut prædixit, in partu contigit. Nam, nec abortum integrum, sed paulatim frusta jam capitis, jamque pedum & manuum peperit. Ast nunc in conquirendis exemplis, qvum constans omnium confessio rem manifestet, *vid. tot. tit. X. de Frigid. & Maleficiat. & Impotent. C. eund. ibique Panormitan. Hostiens. Bald. Anchuran. Haring. Boich. Andr. &c*, perbrevem esse constat: confer tamen, L. B. si libet, *huj. Dissert. cap. 6. th. 4.*

THESIS. II.

1. *Unde impotentia derivetur?*
2. *Impotentia solum animum quandoque respicit.*
3. *Aliquando solum corpus concernit.*
4. *Denotat etiam potentiam naturalem minus perfectam; sumiturque h. m. [α] positivè,*
5. *(β) negativè.*
6. *[γ] privativè.*
7. *Synonymia hîc parum curatur.*

ONomatologiam suffulto negotio accedimus, offendentes ibidem primipilari loco Etymologiam, rem Juris Consultis investigare curiosissimam, *A. Gell. Noct. Atticar. Libr. 13. cap. 10. Quintilian. Instit. Orator. Libr. 5. cap. 14.* & ad ipsius subjecti cognitionem felicissimè provehentem, *Scaliger. Ex. 1. Sect. 1. & Ex. 359. Sect. 1.*

Hering. de Fidejussor. add. arg. pr. Instit. de Libertin. L. Et Ve est. 1. de Reb. Credit. L. Labeo. 7. §. Servius. 2. in fin.
1. *de Supellect. Legat.* secundum quam impotentia, derivationē Grammaticam, haud Logicam, si pensitaveris, deducitur à verbo impotens, puta quoad membra simul ac actus, quibus potissimum conjugale debitum exer-
2. cetur. Insequitur hanc homonymia, certissima errorum genetrix, *arg. L. Interdum. 4. de Publ. Judic. junct. L. unic. C. Quand. crimin. act. Civil. non præjudic.* Usurpatur namque impotens *primò* pro nimium quantum volente potenteque, quemadmodum interpretatur ex *Terent. Donat. in Andr. Act. 5. Scen. 3. vid. Johann. Calvin. in Lexic. Jurid. hoc vocab.* similique modo ex eodem infert, *Basil. Faber. Thesaur. hoc verb.* ut: ego te novi, quam soleas esse impotens, i. e. qui cohibere animum tuum non potes. Sic etiam, monente Turnonio, nequaquam summo magistratui (de Nuellio, libellorum supplicum Magistro, sermo est) impotens & violentum ingenium convenire, pronunciat *Jacob. August. Thuan. Histor. Libr. 4. Ann. 1548.* Similiter Solymannus Turcarum Imperator in hoc significatu impotens vocatur tyrannus à *Paul. Jov. Histor. Libr. 36.* At nos, quamvis adeò liberales futuri vix simus, ut nullam impotentiam propriè dictam, naturæq; defectum hîc adinveniri adstruamus, positu tamen cum enumeratis Autoribus, vocabulum hoc communiter sic adhiberi, eundem significatum hâc vice seponimus, quippe minimè de excessu, sed de carentiâ in Venere pauca tradituri; interim consulat Lectoris benevolentia *Ari-*
3. *stotel. 7. Ethic. 1. 2. & seqq.* *Secundò* assumitur pro mi-

minus potente, uti passim apud *Cornel. Tacitum*, qui & priorem opinionem colit *Libr. de Morib. Germanor.* atque in jure receptum est, *vid. Summ. L. in Causis. 10. C. de Repud. Novell. 22. cap. per occasionem. 6. Rubr. Tit. & arg. c. 2. quod sedem. c. 5. laudabilem. c. 7. litera. X. de Frigid. & Maleficiat. & Impotent. coeund. Polydor. Rip. Tract. de Act. in artic. mort. cap. 14. n. 7. p. m. 87. & Tract. de Tempor. Nocturn. cap. 22. num. 51. p. m. 160.* & hanc significationem limitatè quidem pro nunc nostram facimus: limitatè diximus, ad effugiendam periclitationem cervicibus imminentem. Cognovimus enim, monente *Dn. Valentin. Berger. Disp. Logic. 7. th. 2.* impotentiam hoc modo intelligi *primò positivè* seu comparativè, pro potentiâ naturali, sed quæ non ita, ut alia 4.
quædam perfecta est; *Secundò negativè*, pro absentiâ 5.
in subjecto, quod eam recipere incapax est, hunc intellectum uberius prosequitur *cap. 2. huj. Dissert. Tertiò* 6.
privativè, pro absentiâ in subjecto capaci, quam solummodò tanquam principalem retinemus, sive privatio *logicè*, sive *Physicè* etiam contempletur, *Francisc. Piccolomin. Philosoph. Patavin. Introd. ad decem Grad. Philosoph. Civil. cap. 1.* pariter ac forma in subjectum conveniens, vel introducenda, vel introducta fuerit. Sic semen eunuchorum posteriorem impotentiam hanc ad generandum secum importat, adeò quidem, ut matrimonium eorum nullum pronuncietur, etiamsi cum muliere congredi possint, *Ludov. Dunt. in Cas. Conscient. cap. 19. sect. 1. q. 30. p. m. 829.* Synonymiæ quæ 7.
levis hîc, & à quolibet de facili proprio nisu investiganda, mentionem injicere animus non est, scilicet ut

ne in re perspicuâ pariter ac manifestâ minus sollicitam nominum curam (quod pariter culpandum est, *Dan. Ott. Dial. Jur. Libr. 1. cap. 2. reg. 3. Francisc. Piccolomin. Introduct. ad Scient. Natur. cap. 1.*) admovisse videamur.

THESIS. III.

1. *Varii actus impotentibus competentes.*
2. *Ridicula argumentatio Glossæ, quare eunuchi non possint esse testes in testamento.*
3. *Non validè contrahitur matrimonium parte validâ invitâ & reluctante.*
4. *Refellitur objectio ex L. si serva. §. 1. ff. de Jur. Dot.*
5. *Eunuchos naturâ fieri posse multi negant.*
6. *Tò sicuti Glossâ in L. 6. §. 2. de Ædilit. Edict. rectè interpretatur exemplificativè, non similitudinariè.*
7. *Spadonibus, quatenus pro castratis sumuntur, rectè interdicitur matrimonio.*
8. *Explicatur Accursius, qui verum cum impotente matrimonium contrahi statuit.*
9. *Rejicitur Calvinus, qui idem de thlibiis & thlasiis asserit.*
10. *Notatur Cujacius, qui, hoc in puncto, differentiam inter Jus Civile & Canonicum efficit.*

POstremam Tituli in Dissertatione præsenti voculam aggredimur, quâ impotentiæ nostræ vim atque efficiam quandoque ab aliis juris actibus segregamus.
1. Castrati etenim mediante adoptione filios sibi adsciscere, posthumum heredem scribere, tutores vel curatores

es-

esse, testamentum & codicillos facere (de quibus tamen ridiculam dissentientium opinionem vide in *Gloss. ad L. Eunuchis. 3. C. qui Testament. facer. poss.* scilicet: Ad testamentum reqviruntur testes. Eunuchi non habent testes. E.) atque exemplo Syllæ ut & Cottæ, *Cæl. Rhodigin. 4. Antiquit. 7.* item Salomonis, Belisarii successoris, qui etiam spadones fuerunt, militare, (si jura Justiniani & Leonis indistinctè capere velimus) valent. *§. sed & illud. 9. Instit. de Adoptionib. L. Generalis. 2. §. illud. 1. arg. L. Et qui. 30. L. Adrogato. 40. §. spado. 2. ff. h. t. L. Spadonum. 15. de Excusat. L. Falsâ suasione. 1. C. h. t. L. Sed est. 6. §. sed si. 1. de Liber. & Posthum. hered. instituend. L. Eunuchis. 5. C. Qui testam. fac. L. Qui cum. 4. princ. de Re Militar. Novell. Leon. 27. 28. Procop. de Bell. Vandalor. libr. 1. p. m. 149. Hubert. Giphan. Justinian. Magn. p. m. 97.* attamen perdurante vitio matrimonium adeò firmum, quin alterâ parte postulante non rescindatur, inire non valent, *c. 29. quod autem XXVII. q. 2. can. 4. si per sortiarias. XXXIII. q. 1. Wilhelm. Ludvvell. Disp. 2. th. 3. lit. B. Gregor. Bicc. Sect. 1. lib. 1. Rer. Quotidianar. n. 2. p. m. 71.* Assertioni nostræ *primò* non refragatur *Ulpian. in L. Si serva. 39. §. si spadoni. 1. ff. de Jur. Dot.* quæ spadonibus omninò matrimonium ac dotis actionem concedit, etiamsi generare non possint actu; quoniam sub nomine *spadonis* non indigitat morbosum ac impotentem, sed minus ac remissè potentem: adeoq; non intelligit eos, qui per naturam duobus carent testiculis, de quibus vid. *Erasm. Ungepaur. ad Tit. X. de Frigid. & Maleficiat. n. 5. Nicol. de Tudeschis. Ab. Panormitan. ad cap. 2. quod sedem. X. h. t. n. 5. p. m.*

2. 3. 4.

34. b. Johann. Gœdd. ad L. Spadonum. 128. de Verb. Signific. n. 3. p. m. 910. Francisc. Guidott. h. l. p. m. 209. Nicol. Hemming. de Conjug. cauſ. 3. divort. p. m. 192. Nazianz. Orat. 31. quemadmodum Scytharum plurimos hoc modo naſci retullit ex *Hippocrat. Mercat. libr. 3. de Morb.*
5. *Mulier. cap. 5.* (quanquam eunuchos naturâ fieri negent *Dionyſ. Godofred. in not. ad Novell. Leon. 27. Paul. Zach. in Qu. Medico-Legal. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 14. in fin* qui illos potius frigidis annumerat) ſed eum potius qui unicum tantum, eumque potentem habet teſticulum, *L. Pomponius. 6. §. Spadonum. 2. de Ædilit. Edict. ubi Jô ſicuti rectiſſimè interpretatur Gloſſ. non ſimilitudinariè,*
6. *ſed exemplificativè.* Nam hic non modo generare, *L. 4. L. Sed eſt. 6. pr. de Liber. & Poſthum. hered. inſtit.* ſed etiam ancillam ſuam ducendi ergo manumittere poteſt, *L. Alumnos. 14. §. Et ſi. 2. ff. de Manumiſſ. Vindict.* quia & in erectione, & in ſeminis productione, & concoctione, & emiſſione non magis deficit, quam ceteri, qui ambobus teſticulis donati ſunt: virtus enim in hoc unitur, *Zach. l. c. n. 5. cum Nancell. lib. 7. Analog. Microcoſm. ad Macrocoſm. p. 2. Sanchez. de Matrim. lib. 7. Diſp. 52. n. 14. Barboſ. in Collect. Doctor. lib. 4. tit. 15. c.*
7. *2. n. 4.* Aliter ſe res habet cum ſpadone, quem in principio induximus, cui, quoniam per tempus lege definitum *c. 5. laudabilem. X. de Frigid. & Maleficiat. Jul. Pac. Iſagog. h. t.* reddere conjugale debitum non valet, *L. generalis. 2. §. & illud. 1. ff. de Adoptionib. add. Petr. Cornel. Brederod. Theſaur. dict. verb. Spado.* Et fœminis vitio vertatur, nuptiarum præmia partusque non habere, quippe qui & ipſarum torturas, & ſupplicia ſuſpen-

pendunt, *can. 1. pudor est: XXXII. q. 2. L. Praegnantis. 3. ff. de Paen. Guid. de Suzar. Tract. de Torment. cap. 2. n. 1. 9. p. m. 11. 17* justissime ad petitionem conjugis conjugio contractio rursus interdicitur, *L. in causis. 10. C. de Divort. & Repud. Novell. 22. cap. per occasionem. 6. Johann Strauch. Dissertat. ad ff. 2. aphorism. 9. Nicol. de Tudechs. Abb. Panormitan. ad cit. tit. de Frigid. p. m. 34. Petr. de Ancharan. c. ibid. p. m. 33. a. Heinric. Cardinal. Hostiens. ibid. p. m. 225. t. Johann. Andrea ibid. p. m. 28. c. d. praesertim ad cap. 1. accepisti.* Removemus 8.
quoque *secundò* mentem eorum, qui teste *Johann Accurs. in L. Si serva. 30. §. Si Spadoni. verb. qui castratus. ff. de Jur. Dot.* in spadone verum dicunt matrimonium esse, tametsi generare non possit. Nam misso eo, quod, ut liberos ederent, mulieribus maxima sit constituta cupiditas, *l. Ambiguitates. 2. C. de Indict. Viduit. Tollend.* ipsa Juris Civiles sanctio contradicit, canonumq; autoritas adversatur, *Novell. 22. cap. 6. Novell. Leon. 98. cap. 5. Laudabilem. X. de Frigid. & Maleficiat.* Se- 9.
jungimus porrò, quod *tertiò* urget *Johann. Calvin. in Lexic. Jurid. verb. Spado.* & repetit *verb. Thlibiae.* de thlibiis atque thlasiis. Hos enim rectè matrimonium contrahere autumat, annumeratque spadonibus in specie sic dictis. Verum haec opinio immoto veritatis talo non subsistit: siquidem vitium hoc operâ medicorum aufferi non potest, cum eorundem testiculi adeò concisi, collisi ac contusi sint, ut vel emarcuerint, vel contabuerint, nequaquam amplius ad destinatam utilitatem idonei: consentit *Hahn. in Observat. ad Wesenbec. π. Tit. de Adoption. p. m. 187.* Nec contra 10.

nos

nos *quartò* facit quod *Jacob. Cujac. ad c. 1. col. 2. X. de Frigid.* quem citat ac refutat *Heinric. Zaes. in Comment. ad h. t. n. 8.* differentiam hîc effingere velit inter Jus Civile & Canonicum, motus potissimum *cap. 2. quod sedem. X. h. t.* quoniam, si vitium *perpetuum* sit, vel terminos à legislatore præscriptos transgrediatur, utrúqȝ jus solutionem permittit; si verò *temporale*, ac intra præfinitos juris annos medicorum operâ curabile, nec Jus Canonicum contrario ausu quid machinatur, quin potius eodem cum civili placito rem finit atque determinat.

Caput Secundum

EXHIBET DEFINITIONEM IMPOTENTIÆ CONJUGALIS GENERALEM, EAMQVE AB ALIIS ACTIBUS SODOMITICIS, IMPOTENTIAM POTISSIMUM NEGATIVAM POST SE TRAHENTIBUS, DISTINGVIT.

§Thesis I.

1. *Quid sit impotentia conjugalis.*
2. *Variæ acceptiones vocabuli coire.*
3. *Ratio quare hîc etiam tractentur aliæ variæ sodomiæ species.*

4 So-

4. *Sodomia maris cum mare apud Romanos & Græcos frequens.*
5. *Orpheus Sodomiæ inventor.*
6. *Excusatur à quibusdam, tanquam singularis morum apud juventutem formator.*
7. *Socrates & Alcibiades ob amorem juvenum suspecti.*
8. *Attalus Pausaniam stupravit invitum.*
9. *Philippi Regis sodomia cum Alexandro Olympiadis fratre.*
10. *Nero activè cum Sporo; & passivè cum Doryphoro liberto Sodomita.*
11. *Albigenses Haretici hoc scelus jure naturæ licitum esse defenderunt.*
12. *Sardanapali & Heliogabali nefanda libido.*
13. *Bonzii Sacerdotes & Heruli ad Histrum flumen, item Hasdrubal ac L. Papirius famosi masculorum stupratores.*
14. *Johannes à Casa Florentinus, sodomiam in publico scripto laudavit.*
15. *Papa Sixtus IV. Cardinalibus concessit tribus mensibus æstivis sodomiam exercere.*
16. *Melgo Rex sodomiæ addictissimus.*

COnfecto jam puncto onomatologico, ad pragmatologiam impotentiæ nostræ recto pede pergimus, eam in genere sequenti modo delineantes: quod sit coëundi defectus tàm in mare, quàm in fœminâ, vitio, vel lege conciliatus. Reservavimus autem hâc vice prolixiorem τό coëundi derivationem & explicationem. Dicitur enim variè: coire societatem, *L. Socie-*

 tas.

*tas. 1. L. quia. 2. L. Societatem. 4. imò T. T. ff. pr. Soc-*coire matrimonium, *L. In testamento. 31. ff. de Condition. & Demonstrat.* coire uxori, *L. In causis. 10. C. de Repud.* coire in alienam litem, *L. Ex SenatusConsulto. 6. ff. de Vi Privat.* coire accusationes, *L. Concussionis. 2. de*
3. *Concussion.* Præterea hîc descripsimus impotentiam non quamvis, sed quæ fœminæ cum marito, respectu actus venerei & actualis seminis emissionis, intercedit: excludentes hoc modo alios actus venereos nefandos atque vetitos, in quibus impotentia negativa, non privativa, locum obtinet, quos tamen (quamvis sub hâc conditione non contineantur, nec directò ac principaliter hûc pertineant, satiusque esset, eos ab omnibus ignorari, *Matth. Bernecger. Comment. in libr. 8. cap. 6. n. 8. Justin. lit. e. Conrad. Dieteric. Instit. Cathechet. de Sext. Præcept. quæst. 5. num. 4. p. m. 122.*) ad positionem nostrā melius enodandam, atq; differentiam, quæ inter hanc impotentiam, aliasve ejusdem species in-
4. terjacet, docendam, brevibus recensere operepretium esse duximus. Exhibet autem se primò illud flagitium, si quando vir cum viro turpissimo, & plus quam efferato more se commiscet, æquè ac muliebria patitur, vel peragit, *Gen. 19. v. 5. Levit. 18. v. 22 & 20. v. 13. Rom. 1. v. 27. Gloss. ad Daniel. 11. v. 37. verb.* Frauen-Liebe. quod pejus esse, quam cum matre concumbere, dicit *c. adulteri. c. usus naturalis. XXXII. q. 7. Hortens. Cavalcan. d. Brach. Reg. part. 4. n. 79. lit b. p. m. 313.* Hujus patratores *Lactant. lib. 6. Divin. Instit. c. 23.* vocat impios & parricidas, qui suum sexum profanè ac petulanter illudunt, *add. Matth. Martin. Lexic. Philolog. verb. Sodo-*
mia.

mia. & maximū inter animi morbos esse insaniam in masculos contendit *Chrysostom. Hom. 4. ad Rom.* Fuit autem nefandum hoc scelus maximè in usu olim apud Romanos pariter ac Græcos, quippe qui, prout attestatur ex *Salvian. libr. 7. de Provident. Philipp. Camerar. Horar. Succisiv. cent. 2. cap. 42.* nonnunquam tam profligatæ pudicitiæ inventi fuerunt, ut ad excitandam libidinem vestibus, habitu, & omnibus mulieribus ornamentis vir viro ementito sexu sub quadam falsâ muliebri specie nupserit, quid? quod fœdis cogitationum illecebris à Satanâ circumventus indicia quædam menstruosæ impuritatis sibi innexuerit. Verba *Salvian. lib. cit.* ita se habent: Quis credere aut audire etiam potest, convertisse in muliebrem tolerantiam viros non usum suum tantum atque naturam; sed etiam vultum, incessum, habitum, & totum quicquid penitus aut in sexu est, aut in usu viri? adeò versa in diversum omnia erant, ut cum viris nihil magis pudori esse oporteat, quam si muliebre aliquid habere videantur, illic nihil viris quibusdam turpius videretur, quam si in aliquo viri viderentur, &c. Cum muliebrem habitum viri sumerent, & magis muliebrem gradum fingerent; cum indicia quædam menstruosæ impuritatis sibi innecterent, & fœmineis tegminum illigamentis capita velarent; atque hoc publicè in Urbe celeberrimâ, quid aliud, quam Romani Imperii dedecus erat, ut in medio Reip. sinu execrandissimum nefas palam liceret admitti? *add. Dionys. Godofred. in Not. ad L. Cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adulter. Menoch. cons. 286. n. 11. & seqq. Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap. 6. aph. 5. lit. I.* Hocce ulterius non obscurè colligere est ex *§. cum autem. 3. Instit. L. Nec ei. 17. pr. ff. de Adoption. verb. an honesta sit. §. sed hoc tempore. fin. Instit. de his, qui sui vel alien.*

Jur. L. si dominus. 2. ff. h. t. L. Isti. 8. §. quod si. 2. Quod met. caus. L. Lege. 1. §. Item Divus. 4. ad Leg. Corn. de Sicar. L. Sollicitatores. 1. §. qui puero. 2. ff. de Extraord. Crimin. §. Item Lex Julia. 4. Instit. de Publ. Judic. L. Qui domum. 8. pr. L. Mariti. 29. §. Eum. 9 L. Stuprum. 34. §. Adulterium. 1. ff. Ad L. Jul. de Adulter. Bartol. L. Cum vir nubit. 31. C. h. t. p. 344. L. Vel luxuriosum. 2. de Serv. Corrupt. L. Hunc titulum. 1. §. Removet. 6. de Postuland. Novell. 77. cap. 1. pr. Novell. 141. prooem. Matth. Dresser. Isagog. Histor. part. 1. millenar. 2. p. m. 49. 53. Porc. Latron. Declam. in Catilin. p. m. 311. Philipp. Camerar. Horar. Succisiv. cent. 2. cap. 42. Jacob. Ravard. de Ambiguit. Jur. libr. 2. de Prim. Monarch. p. m. 19. Vid, Amerbach. Interpret. in Phocylid. p. m. 123. Plat. Dialog. de Legib. 8. Jul. Pac. Analys. Codic. Tit. ad L. Jul. de Adulter. n. 27. Augustin. in c. usus. 32. q. 7. & lib. 6. de Civitat. Dei. cap. 8. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 49. §. 42. Johann. Strauch. Dissertat. 29. aphorism. 6. Conrad. Rittershus. ad §. 4. Instit. de Publ. Judic. Wilhelm. Ludwell. Disp. Instit. 18. §. 4. lit. b. Mejer. in Colleg. Argentorat. tit. de
5. *Adulter. n. 123. p. m. 1164.* Hujus abominandi facti inventum quidam in Orpheum rejiciunt: nonnulli tamen, referente
6. *Johann. Calvin. Lexic. Juridic. verb. muliebria.* non temerè existimant, patratum hoc ad liberalem magis honorem & amorem esse referendum, quo etiam Socrates adolescentes ingeniosos complexus est, amore puta Græcis communi, qui dicebatur amor amicitiæ, de quo videantur *Cornel. Nepos, in Vit. Alcibiad. Cicer. lib. 4. de Rep. & lib. 4. Tuscul.* his adde cum *Platon. Plutarch. & Xenophont. Dion. Lambin. Comment. ad cit. vit. Alcibiad. n. 16. 17. per tot. Marsil. Ficin. cap. 2. in Conviv. Platon. Andr. Schott. in loc. dict. Cornel. Nep. n. 7. cum M. Anton. Muret. lib. 15. Var. lection. cap. 4.* Viri enim in Republicâ clari aut sapientiâ doctrinaque præstantes adolescentulos bono ingenio præditos amabant, quo à turpibus vitæ studiis, cum perpetuò illis adessent, eosdem abducerent:
7. quanquam ob id Socratem & Alcibiadem non benè audi-

audivisse dicat *Gybert. Longol. Comment. in Vit. dict. Alcibiad. num. 4. lit. L.* similiter hunc amorem semper sibi suspectum fuisse & publicam ob id accusationem subiisse Socratem, pronunciet *Hieron. Mag. in Vit. Alcibiad. num. 5. lit. A. p. m. 414. cum Lucian. in Eunuch. & Diogen. Laert in Vit. Socrat.* Paulò tamen aliis ex causis hanc corruptæ juventutis querelam a Mellito & Anyto institutam deducit *Matth. Dresser. Isagog. Histor. part. 1. Millenar. 4. p. m. 516.* Cœterum nefandi hujus stupri mentionem facit *Curt. lib. 2.* cum Pausaniam inducit nobilem ex Macedonibus adolescentem, quem Attalus (Cleopatræ, uxoris Philippi M. avunculus) non tantum ipse stupravit, sed & tanquam vile scortum libidini convivarum subjecit, tametsi ipsum suo justo tempore tristissima manserit Nemesis. Et ipse Philippus Macedoniæ Rex Alexandrum uxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis, in Macedoniam nomine sororis arcessit, omnique studio sollicitatum spe regni simulato amore ad stupri consvetudinem perpulit, & ita eum impudicum fecit ante, quam Regem, *Justin. in Histor. Trog. Pomp. libr. 8. cap. 6. num. 5. & seqq.* Consimili ratione Nero puerum Sporum exsectis testibus in muliebrem naturam transformare conatus est, atque cum dote & flammeo (verba sunt *Sveton. in Vit. Neron. cap. 28. & 29.*) per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit, mutatoque nomine Sabinam dixit ob similitudinem formæ, vel Poppæam altero Sabinæ uxoris defunctæ nomine, *Isaac. Casaubon. Comment. ad Sveton. in dict. Vit. Neron. c. 8. p. m. 498.* Hinc exstat cujusdam non inscitus jocus, bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset uxorem. Idem impurissimus Nero Doryphoro liberto, sicut ipsi Sporus,

8.

9.

10.

ita ipse sibi resecatis genitalibus denupsit, ut voces quoqve & ejulatus vim patientium virginum imitatus fuerit, *add. Freculph. Episcop. Lexoviens. Chronic. Tom. 2. libr. 1. cap. 16. p. m. 17. Heinric. Glarean. in Eutrop. lib. 7. Comment. p. m. 129. Wilhelm. Luduv. D. 2. θ. 2. lit. C. Dion. in Vit. Neron. §. 12. Christian. Matth. Theatr. Histor. Polit. in Vit.*
11. *Neron. p. m. 501.* Nec minus Albigenses hæretici hanc stupri spurcitiem, tanquam rem naturæ optimè convenientem, exercuerunt atq; prædicarunt, quamobrem quoque pœnas dederunt utique non immeritas Papæ Innocentio III. Regi Galliæ, & aliis Episcopis Anno Christi
12. 1212. *Sebast. Franck. Chronic. Germanor. in Histor. Imperat. Frider. II. p. m. 195. b.* Adjungimus hisce, si non majores certè in hoc nequitiæ genere maximè pares, Sardanapalum & Heliogabalum, *Cicer. lib. 5. Tuscul. Quæst. Cæl. Rhodogin. lib. 11. Antiquit. c. 13.* quorum posterior defatigatus amore mulierum seipsum denique genitali instrumento privavit, perpetuam castitatem Deæ Vestæ vovit, quid? cum esset Bassiani Caracallæ filius ex novercâ genitus, non amplius Bassianus, sed Bassiana vocari voluit, vestibusque tanquam adoranda venus abusus est, *Franck.*
13. *lib. cit. in Vit. Heliogabal. p. m. 32. a.* Sic Bonzii Japoniorum sacerdotes cùm reliquis vitiis, tùm præposteræ libidini turpiter adeò dediti sunt, non modò ut id non celent, sed etiam profiteantur palam: & longo jam usu virorum æque ac mulierum aures callum ad tam nefarii sceleris nomen obduxerint, permultos itidem habent in cœnobiis filios optimatum instituendos literis, quorum ætatis flore abutuntur, *vid. Epistol. Francisc. Xaver. quæ continetur in lib. 1. Epist. de Reb. Japon. p. m. 160.* Item Heruli apud

apud Histrum flumen habitantes impios coitus cum viris & belluis habuerunt, *Procop. de Bell. Gothor. lib. 2.* Ut 14.
jam prætereamus Hasdrubalem ac L. Papirium, *Corn. Nep. in Vit. Hamilcar. cap. 3. Liv. lib. 8.* Ut supprimamus denique ex unà parte Johannem à Casa Florentinum, qui Archi-Episcopus Beneventanus, Cameræque Apostolicæ Decanus &c. affirmavit, se hoc amore plurimum delectari, nec se aliam Venerem cognoscere, *Chemnitz. in Exam. Concil. Tridentin. part. 3. p. 6. & 125. de Cælibat. Sacerdot. Besold. Thesaur. Practic. verb.* Sodomie. *& verb.* Narren. *Johann. Schleidan. lib. 21. Comment. p. m. 652. Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q. 77. num. 3.* quapropter eandem publico scripto prædicavit edito Venetiis apud Trojan. Nave, uti refert *Carol. Molin. in Orat. habit. Tubing. Ann. 1554.* Ex alterâ parte Sixtum IV. qui ad 15.
instantiam quorundam Cardinalium potestatem illis dedit tribus mensibus æstivis sodomiam exercendi, *Johann. Gerhard. Tom. V. Loc. Theolog. de Eccles. sect. 8. p. m. 448.*
De Melgone Rege sodomiæ addictissimo *vid. Sebast.* 16.
Franck. l. c. in Vit. Anastas. p. m. 57.

Thesis II.

1. *Libido quarundam mulierum exaggeratur.*
2. *Quartilla fœmina impudicissima.*
3. *Quæ dicenda meretrix secundum Glossam Juris Canonici.*
4. *Platonis & aliorum detestatio sodomiæ fœmininæ.*
5. *Anton. Gomez. in L. 80. Taur. n. 34. singulariter notatus à Kornmanno.*
6. *Variæ appellationes mulierum sodomitarum.*
7. *Possibilitas b[illegible] [illegible]us sodomitici, quem mulieres inter se exercent, demonstratur.*

8. Ex-

8. *Exempla sodomiæ fœmininæ varia.*
9. *Defensio licita contra vim inferentem sodomitam.*
10. *Pœna sodomiæ apud Græcos.*
11. *Animadversio ex jure civili.*
12. *Legi olim non consuevit L. 31. C. ad L. Jul. de Adulter.*
13. *Sodomitæ an testamenta facere queant?*
14. *Sanctio Juris Canonici de Sodomitis.*
15. *An ob sodomiam matrimonium separandum?*
16. *Inter Augustanos præter separationem pars innocens denuò alii sejungere potest.*
17. *Pœna ignis ex Constitutione Criminali Caroli V. & moribus hodiernis quoad hoc delictum.*
18. *Valboa sodomitas canibus delacerandos objecit.*
19. *Turcæ eos è turribus prealtis præcipitabant.*
20. *Mitigatur Constit. Crim. Carol. V. in Foro Saxonico.*
21. *Admittuntur etiam testes inhabiles in hoc crimine.*
22. *Quod iterum variè restringitur.*
23. *Conatus in hoc facto quomodo puniatur.*
24. *Solon, Plato, Zeno sodomiam impunitam voluerunt.*

1. CItatis jam virorum flagitiis fœmellarum maculas in medium producimus, cum in aperto sit ac propatulo, multas ex iisdem non modò Quartillæ apud Petronium
2. germanas extitisse sorores, quæ subinde Junonem suam iratam exoptabat, si unquam se meminerit virginem fuisse, quoniam infans cum paribus inquinata fuit, juxtim & magis prodeuntibus annis majoribus se pueris applicuit, donec ad consummatam ætatem pervenit (*add. Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. q. 62. num. 69.* producens fœminam vivente marito 107. personis sese prostituentem;
3. quanquam illam demum quæ plures, quam 23000. hominum admisit, meretricem appellitet *Gloss. Canon. Jur. ad*

ad can. vidua est. 16. verb. quæ multorum. Distinct. 34. p. m. 50. Paul. Matth. Wehner. in Observat. Pract. verb. Frauen. *p. m. 169.*) ſed etiam quamplurimas execrabili perverſæ Veneris vitio laboraſſe adeò, ut una alterius formoſitate capta eandem in uxorem duxerit, virilitatem præ ſe ferendo. Mentionem hujus facit *Plato libr. 1. de LL. ἀῤῥέ-* 4.
νων δὲ πρὸς ἄῤῥενας, ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύσιν i. e. cum verò maſculi cum maſculis, aut cum fœminis fœminæ (ſc. copulantur) contra naturam eſt. Idem *Plat. lib. 8. de Legib.* in prohibendâ maſculâ venere ad beſtiarum naturam provocari poſſe ait, inter quas hujusmodi fœditas haud quicquam deprehenditur. Theſeus apud *Senec. Hippolyt. v. 913.* Feræ quoquè, *inquit*, ipſæ veneris evitant nefas, generisq; leges inſcius ſervat pudor. *add. Text Rom. 1. verſ. 26. Gloſſ. in L. fœdiſſimam. 20. C. ad L. Jul. de Adulter. Jodoc. Damhouder. in Prax. Crimin. cap. 96. num. 10. Petr. Binsfeld. in Tract. de Confeſſ. malefic. c. dubium hîc moveri poteſt. verſ. cum nihil efficiatur. circ. med. Nicol. Boer. Deciſ. 316. num. 14. Jacob. Menoch. de Arbitrar. Judic. quæſt. lib. 2. caſ. 286. num. 47. Godofred. ad L. cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adult. Sittmann. in Nucl. Inſtit. de Publ. Iudic. num. 2. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 49. 6. 42. Juvenal. Satyr. 6. Jul. Clar. 5. ſent. §. fornicatio. verſ. inter mulieres. Vit. Amerbach. in Phocylid. p. m. 108. Filjucc. in 6. Præcept. Decalog. tr. 30. c. 8. n. 159. Farinac. de Delict. Carn. q. 148. n. 40. Samuel. Pufendorff. de Jur. Natur. & Gent. l. 2. cap. 3. §. 2. p. m. 159. Pr. Conrad. Rubr. de Sodom. num. 4. Carpzov. prax. Crimin. p. 2. quæſt. 76. num. 17. Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap. 6. aph. 5. lit. I. Petr. Caball. Reſolut. crim. caſ. 19. num. 14. Anton. Gomez. in L. 80. Tauri. num. 34.*
(qui tamen maximè hallucinatus videtur *Heinric. Korn-* 5.
mann. de Jur. Virgin. cap. 48. p. m. 135. nam (inquit Ille) nullo verbo mulierum inter ſe coitus meminit ea lex, ſed

de illis mulieribus, quæ ultrò se stupro dedunt, ut & Glossa ibi tenet, loquitur, id quod patet à contrario, in iis verbis: *non earum, quæ per vim stupro compressæ sunt*: ubi opponuntur per vim stupratæ & quæ ultrò sese prostituunt, quæ oppositio non procederet inter per vim stupratas & inter sese coëuntes. Dicitur igitur fœdissima nequitia in *pr. d. l.* earum, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, eò quod ultrò poscunt, quod aliàs ab ipsis rogatur, & ut Gl. exponit, quæ mulier spontè committit stuprum cum aliquo.) Detestandum sanè facinus ab hisce inversis, quæ à maritis expetantur, scamnis, naturaque pati natis subjectis, *vid. Stephan. Guazz. de Conversat. Civil. Dissertat. 5. quæst. 3. p. m. 301. Senec. Epist. 96. ad Lucil. p. m. 233. Johann. Gœdd. ad L. Inter stuprum. 101. de Verb. Sig-*
6. *nif. num. 4.* Vocantur autem hæ maleficæ aliis nominibus frictrices, fictrices, fricatrices, tribades, subagitatrices, *Bauhin. de Hermaphrod. lib. 1. cap. 4.* pathicæ, subi-
7. gatrices, *Alciat. lib. 10. parerg. c. 11.* Nec est, quod denegare quisquam congressum hunc, simul ac impossibilitatem operis opponere velit, utputa propter defectum penis aliorumque membrorum genitalium: applicant enim prohibito modo, attrahuntque hûc alias corporis partes propriis functionibus à naturâ destinatas. Non obscurum autumamus membrum illud muliebre, quod, à peritis medicinæ Clitoris, la Landie, Albathara, Albanda, Nympha, Myrton, Hypodermis appellitatur; hoc aliquando, in salacioribus præsertim mulierculis collum anserinum & crassitie, & longitudine æquare, affirmat medicus haud infimæ certè existimationis *Johann. Riolan. Anatom. cap. 37. p. m. 570.* cum quo concordant *Martin. Delrio*

Dis-

Disquisit. Magic. lib. 2. qv. 22. p. m. 203. Johann. Vier. de Prestig. Dæmon. lib. 4. cap. 24. p. m. 475. ex Avincenn. lib. 3. fen. 21. tract. 4. cap. 23. Eodem instrumento tanquam virgâ maritali abuti valent, necnon legitimam viri cohabitationem impedire: sed ne res exemplis egeat, *arg. L. Nonnunquam 1. pr. de Præscript. Verb.* paucis iisque ipsissimis *Johann. Riolan. l. c.* verbis agamus. Namque interdum, inquit Ille, mulieres, quando clitoris excrescit, & extra rimam prominet, sese mutuò fricant & subeunt, cujus rei exempla peti possunt ex *Libr. 3. Peregrinat. Leon. Affrican.* & apud Jurisconsultum *Paponem lib. 22. tit. 7. Arrest. 2. & Martialem* in Tribadum historiâ *Epigramm. 91. lib. 1. Runanus Dialog. Meretric.* in istas fœminas invehitur. Amynthone, Telesippa, Megæra, Athys, Cydne ancillæ erant Sapphus vatis, quibus ipsa ad libidinem utebatur, eas subagitando more virili, &c. Hæc *Riolan.* cui subjungimus Turcicæ rei peritissimum *Busbeqv. p. m. 138.* & ex eo *Philipp. Camerar. Oper. Succisiv. cent. 2. cap. 41. p. m. 253.* recensentes de Turcicâ quadam muliere majore natu, quæ excœcata amore juvenculæ, filiæ cujusdam incolæ Constantinopolitani, rem molita est, naturæ ductum si sequaris, incredibilem: nimirum cum apud eandem omnia, quæ imprudens libidinis furor efflagitabat, perficere non posset, mutato cultu virum repræsentans inter mancipia Imperatoris de numero Chiausorum nomen edidit, juxtim & de novo puellæ nuptias ambiit, imò obtinuit, quid ? celebravit. Eventus tamen eodem favore incepto respondere noluit; siquidem misera hæc cubitum ire satagens, deposito velamine capitis confestim agnita, ut & per subsequentem sententiam Præfecti Gia- 8.

nizarorum profundo submersa justissimas pœnas vesaniæ
9. dedit. Atque hæc sufficiant de prolatâ hactenus lascivâ, tàm masculis, quàm fœminis communi, cujus gratiâ non tantum se, etiam cum vitæ per vim adversantis periculo, defendere licitum est, prouti videmus in exemplo Lusii, Mario ex sorore nepotis, interfecti ab adolescente Trebonio, cujus pudicitiam violenter contrectare tentaverat, *Plut. in Rom. Apoph.* sed & quam pœnæ semper expectaverunt certissimæ, *c. Deus omnipotens. 25. q. 1. Vit. Ammerbach. Interpret. in Phocylid. p. m. 122. verb.* παιδὸς δ' εὐμόρφου. Nam olim apud Græcos, sive adolescentulus
10. ausus fuerit amatoris libidinem & probrum in corpore suo perpeti, sive amator probrum inferre adulescentulo, neutri utile fuit Spartæ manere: aut enim patriâ expulsi sunt, infames per totam vitam; aut quod est gravius, vitâ privati, *vid Plutarch. Apopht gm. Lacon. cũ Dion. Lambin. Græc. lit. Lutet.*} *PP. Comment. in Præfat. Cornel. Nepot. n. 8. in vit. Alcibiad. n. 16. p. m. 56. Gybert. Longol.*
11. *in dict. Vit. n. 4. Hieron. Mag. h. l. lit. L.* Jure civili infames fiebant, nec pro aliis postulare nec testes esse poterant, *l. hunc titulum. 1. §. removet. 6. ff. de Postuland. l. testium. 3. §. lege. Juliâ. 5. in fin. de Testib. Bertazol. Consil. crim. 11. num. 66. vol. 1.* imò gladius ultor persequebatur ex L. Juliâ, (quanquam jam olim ex L. Scantiniâ sive Scatiniâ hæc pœna capitis indicta fuerat, *Sueton. in Domit. c. 8. Juvenal. Satyr. 2. Cicer. Philipp. 3. Petr. Theodoric. in Colleg. Crimin. cap. 6. aphorism. 5. lit. L. Aymar. Rival. Histor. Jur. Civil. lib. 2.* quicquid dicat *Johann. Godd. princip. ad L. 101. de Verb. Signif. num. 9. p. m. 911.* Legem Juliam excludens & Constitutiones substituens) tàm agentes, quàm patientes, (lubenter scilicet, aliàs procedit *l. isti. 8. §. quod*

§. quodsi. 1. ff. quod met. caus. in coactis: v. g. si mas marem, vel mas fœminam, item fœmina fœminam, vel fœmina marem ad hanc sodomiam exercendam violento & humanis viribus non eluctabili modo necessitent) *§. item Lex Julia. 4. Inst. de Public. Judic. l. cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adulter.* (quæ lex legi non consvevit olim, quia de eâ loqui non putabatur honestum, juxta *Bartol. a Saxoferrat. h. l. p. m. 344. Hubert. Giphan. l. 4. Antinom. J. C. D sp. 49. n. 41. p. m. 295.* vide tamen resolutionem ejus satis elegantem apud *Jacob. Ravard. de Jur. Ambig. libr. 4. cap. 20. per tot. p. m. 400.*] *add. Socin. Jun. lib. 3. consil. 7. num. 3. Johann. Brunnemann. ad leg. cit. 31. Constant Harmenop. lib. 6. tit. 4. de prat. nat. lascıv. Anton. Gomez. super L. 80. Taur. num. 23.* &, qui dissentit, *Hot. ad §. 4. Instit. de Publ. Judic.* Testamentum itidem eos condere non posse Doctores communiter volunt, *Tiraquell. in L. si unquam. 8. verb. revertatur. n. 384. C. de Revocand. Donationib. Sim. de Prat. de Interpret. ult. volum. lib. 2. sol. 4. n. 97. & ex hoc Philipp. Ludovic. Auth. aph. Jurid. verb. Sodomia. num. 13.* cum sodomita ipso jure dominium bonorum suorum perdat, secundum *Gloss. in cap. cum secundum. verb. natura contrarietas. de Hæretic. in 6.* quam sequitur *Bermond. de Concub. fol. 123. n. 27. Prosp. Farinac. de Sodom. n. 14.* qui tamen statim *n. 15.* subjicit, se contrariam sententiam apud se servatam testari posse, *Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. Sodomia. num. 6.* qui itidem Senatum declarasse asserit, non esse pro crimine, de jure, impositam confiscationem bonorum, & hanc declarationem apud suos pro lege servandam: quam mitiorem sententiam sequendam & nos quoque arbitramur cum *Tabor. in addit.*

12. 13.

ad Colleg. Argentorati de Stupr. §. Sodomia. 6. 26. in fin. Meminit etiam *Zonaras tom. 3.* Justinianum plurimos sodomitas exsectis virilibus punivisse, rogatumque, cur id faceret, an non, si sacrilegium commisissent, manus
14. illis fuissent amputandæ ? respondisse. JureCanonico, si clerici hoc vitio laborare deprehendebantur, dejiciebantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasterium detrudebantur, atque etiam, peractâ pœnitentiâ, suspensi erant ab ordinis executione; & adeò iterum celebrantes fiebant irregulares tali irregularitate, quæ, nisi à summo Pontifice, remitti non poterat, *Jul. Clar. Sententiar. lib. 5. p. m. 78. num. 5. cum Apostill. ad Diaz. Pract. Crimin. Can. c. 8.* si laici, excommunicationi subdebantur, dominiumque perdebant ipso jure bonorum suorum, & à cœtu fidelium penitus fiebant alieni, *capit. 4. clerici X. de*
15. *Excess. Prælator.* Similiter conjugium propter hoc crimen separabatur, *Can. Omnes causationes. 32. quæst. 7. Lampert. de Jur. Patron. p. 1. lib. 2. q. art. 18. in fin.* quia hoc delictum multò gravius est adulterio. Quanquam autem propter sodomiam, quam maritus cum aliis exercet, non posse uxorem separari à thoro viri, nisi quando maritus vellet etiam uxorem invitam ad illam trahere, statuat *Florian. ad cap. maritus X. de Adulter.* tamen ejus opinio nunquam à Canonistis recepta fuit, attestantibus *Panormitan. ad cit. cap. maritus. in fin. & Barb. lib. 1. consil. 64.*
16. *num. 8.* Inter Augustanæ Confessioni addictos, præter separationem, parti innocenti insuper ad novas nuptias transire permittitur, si scilicet parti lædenti condonare nolit, vel se continere & castè vivere nequeat, ad quod tamen, quantum possibile, à Consistoriis adstringenda

sva-

ſvaſionibusque ſeriis urgenda eſt, *vid. Luther. Tom. 5. Jenenſ part. 2. pag. 255. ibi:* wiewohl wo man es thun kan/daß man ſie verſöhne und beyeinander behalte/ iſts gar viel beſſer/ wann aber das unſchuldige Theil nicht will/ ſo mags in Nahmen GOttes ſich ſeines Rechts gebrauchen. *add. Carpzov. prax. Crimin. part. 2. q. 57. num. 60. & ſeqq. & Jur. Conſiſt. lib. 2. def. 190. tit. 11. ibique plur. cit.* Olim ex ſancito Codicis Theodoſiani & moribus hodiernis ignis ſupplicium conſtitutum fuit, quod vel vivis, vel, ob periculum animæ & deſperationem *Hortenſ. Cavalcan. part. 4. num. 79. lit. d.* prius ſtrangulatis ſubeundum eſt, *Jodoc. Damhouder. in Prax. Crimin. c. 96. p. m. 291. num. 25. l. 6. C. Theod. de Adult. Ludov. Gilhauſen. Arbor. Crim. Judic. c. 6. part. 1. §. 43. num. 1. p. m. 352. Bernhard. Scotan. Exam. Jurid. ad L. Jul. de Adulter. quæſt. 10. Didac. Covarruv. in Repetit. Clementin. Si furioſus. §. 1. num. 6. Troſp. Farinac. de Delict. Carn. quæſt. 147. tit. 16. Anton. Bull. & Matth. Stephan. ad Conſtit. Crimin. Carol. V. art. 116. verb.* So Mann mit Mann/ Weib mit Weib Unkeiſchheit treiben/ die haben auch das Leben verwürcket/ und man ſoll ſie/ der gemeinen Gewohnheit nach/ mit Feuer verbrennen. *Johann. Jacob. Speidel. in Notab. Hiſtoric. Jurid. Politic. verb.* Sodomit. 45. qui recenſet ex *Heinric.* Müllers *Hiſtor. Turcic. lib. 1. cap. 19. fol. 23.* apud Turcas ſodomitam quendam mortuum a Diabolo ablatum fuiſſe. *Jul. Clar. Sent. lib. 5. §. ſodomia. n. 4.* qui ita quoq; ex *Papon. l. 24. tit. 10. Arreſt. 6.* adducit, in Parlamento Pariſienſi pronunciatū eſſe, *Andr. Perneder.* Hals-Gerichts Ordnung. *p. m. 9. b. Hortenſ. Cavalcan. de Brach. Reg. part. cit. dict. pag. 364.* qui hanc pœnam ad lenones inſuper domum concedentes extendit, & omnem 17.

mul-

mulctam pecuniariam ex asse rejicit. De monachis Franciscanis, quorum magna pars ob hoc flagitium combusta fuit Gandavii in Flandria Anno Christi 1578. videantur
18. *Emanuel* von Meteren/ *Histor. Belgic. lib. 8. p.m. 305. Johann. Ludovic. Gottfried. Chronic. ad Ann. Christ. cit. p. m. 908.* Præterea Vaschus Nunnes Valboa, Præfectus Hispanicus apud Indos, sodomitas, inter quos & fratrem Regis, canibus dilacerandos objecit, *Ludovic. Gottfrid. Histor. Antipod. p.m. 238. & ex hoc Johann. Olear. in* Geistl. Hand-Buch. *p. 1. art. 72. præcept. VI. p.m. 1116.* probantibus hoc supplicium ipsis Indis, aliosque ad eandem mortem conquirentibus, *Dapper. in Americ. descript. Edit. de*
19. *Ann. 1673. lib. 1. part. 3. p. m. 73.* Et Turcæ sodomitas vel è turribus præaltis solebant dare præcipites, vel vivos, ferro adunco per latera obliquè adacto, in patibulo suspendere, ubi per duos & plures sæpius dies in cruciatu summo moribundi superexistebant, *Salomon Schweigger. in Itinerar. Constantinop. Hierosol. l. 2. c. 50. p m. 173. & l. 3. c. 37. p.m. 314.* Tametsi (1) respectu minorennitat s, (2) sexus muliebris pœnam mitigandam esse, à Doctoribus communiter pronunciari contendant *Georg. Schulz. in Synops. Inst. ad Tit. de Publ. Judic. lit. L, Socin. Jun. lib. 3. consil. 7.*
20. *in fin.* Jure Saxonico, quoad speciem sodomiæ ab hominibus invicem peractæ, à Sanctione Carolinâ recesserunt mores in Electorali Saxoniæ Scabinatu jam pridem in pronunciando recepti, pœnam gladii dictitantes delinquentibus juxta *Benedict. Carpzov. Prax. Criminal. p. 2. q. 76. n. 19. & seqq. cum Matth. Coler. part. 1. decis. 187. num. 1.* Quid? quod hoc crimen adeò enorme ac atrox habeatur,
21. ut illud etiam conjecturis, præsumtionibus nec non testi-

bus

bus aliàs omni exceptione haud majoribus probari queat, *Roland. à Vall. vol. 1. cons. 7. num. 14. & cons. 24. num. 67. & vol. 3. consil. 27. num. 7. Marsil. ad L. de Minore. ff. de Quæstion. Vulpel. cons. 96. num. 7. & plur. Dd. ap. Gilhausen. in arb. jud. crim. cap. 6. part. 1. §. 43. num. 4.* puta si testes deponant, se vidisse linteamina sangvinolenta, vel camisiam sangvine fœdatam, faciunt indicium commissæ sodomiæ juxta *Foller. Prax. Crimin. part. 2. vers. capiat informationem. num. 13.* Quamvis meritò ab his segregentur (1) inimici, (2) de auditu deponentes, (3) minores, præsertim pauperes & viliores, (4) socii criminis: de quibus omnibus cum *Marsil. consil. 28. num. 7. & seqq.* consulatur *Gilhausen, l. c.* Aliter quoque se res habet cum conatu, quando scilicet in ipsas partes pudendas membrum non imposuerit, sed tantum extra eos se polluerit, ubi non pæna mortis, sed alia extraordinaria, v. g. fustigationis locum habet; quæ tamen ordinariæ iterum cedit, si membrum imposuerit, licet intus semen nõ emiserit, *a. ld. Jul. Clar. l. c. num. 1. in fin. p. m. 79. a. ibique plur. cit. Autorr. Hortens. Cavalcan. l. c. lit. d. cum Jacob. Menoch. de arbitr. Judic. Quæstion. cas. 329. num. 5. p. m. 449.* Hoc tamen adeò rigorosum animadversionis genus in hos turpissimos naturæ perversores eodem teste *Menoch. cas. 286. n. 24. & seqq. p. m. 406.* non commendassent viri alioquin prudentissimi Solon atque Plato, qui nefandum hoc vitium non modò pœnis gravissimis dignum non existimarunt, sed fœdissimè eo se oblectarunt. *Plutarchus de Solone in ejus vitâ* scriptum reliquit, illum legem tulisse, ex servis neminem posse adolescentem deperire. De *Platone* inquit *in illius vit. Laërtius*, & ex aliorum sententiâ

22.

23.

24.

attestatur, illum adamasse Asterum, Dionem & Phœdrum adolescentulos. Execratione profectò, (non risu cum *Menoch. l. c.*) dignum est, quod idem *Laërtius in Vitâ Zenonis Citiensis* scribit: ait Zenonem semel cum ancillâ, bis cū pueris coivisse, ne utrumq; sexum odisse videretur, *add. huj. cap. 2. §. 1. num. 11. & seqq.*

Thesis. III.

1. *Sodomia præpostera à viris cum mulieribus, vel à mulieribus cum viris commissa.*
2. *Hujus gratia matrimonium separatur, gladiusq́; & aliquando ignis adhibetur.*
3. *Restringunt hanc separationem Sanchez, & alii ad propriam saltem uxorem, qui refutantur.*
4. *Hoc abominabile crimen à Diabolo cum Lamiis Italicè sæpius perpetratum.*
5. *Sodomia viri cum uxore aut bestiâ mortuâ, & uxoris cum sui viri brutiq́; cadavere.*
6. *Ejus pœna jure civili varia erat, moribus nostris & jure Sax. plerumq́; est gladius.*
7. *Separatio itidem hoc factum insequitur, quod negat Sanchez, qui refellitur.*
8. *Abusus Veneris in diverso sexu & membro.*
9. *Sententia Scabinorum Lipsiensium in casu sodomitico horrendo & putidissimo.*
10. *Tiberii cum pueris execrabilis lascivia.*
11. *Mastrupatorum Tribadumq́; occultum nefas.*
12. *Pœna eorum est relegatio, aliaq́; extraordinaria.*
13. *Quæ nonnunquam exasperatur, potissimum respectu frictionis.*
14. *Consensus in hoc Thomæ Angli.*
15. *Peccatum Onaniticum ipso adulterio gravius.*

16. Si-

16. *Simon van Leeven mastuprationem impunè committi posse scandalosè statuit.*
17. *Profusio seminis per medicamenta producta non probanda.*
18. *Coitio cum seipso aliquando morbus est per incantationes conciliatus.*
19. *Alius actus sodomiticus, de quo remissivè.*
20. *Mulierum Sodomia cum Baal Peor.*
21. *Conclusio capitis cum denegatione effectus vitalis per huncce spurcum congressum adipiscendi.*

REjicimus insuper tertiò à definitione nostrâ alias non minoris sodomiæ notas, videlicet si cum propriâ uxore venus exerceatur præpostera, *Dec. in L. si qua mulier. num. 9. C. de Secund. Nupt. Lud. de Peguer. Decis. 72. per tot. Joachim. à Beust. de Matrimon. cap. 7. Ægid. Boss. in tit. de Stupr. Detest. n. 2. Firmian. in Repert. verb. sodomita. vers. 7. Petr. de Soto. lect. 12. de Matrimon. cap. penult. Celaja 4. d. 35. q. 1. arg. 5. Salzed. ad pract. D. azol. cap. 89. Chassan. in Consuet. Burgund. rubr. 7. §. 3. num. 6. Franc. Marc. part. 2. decis. 29. n. & 739. n. 4.* aut, uti in *Th. præced. 2. num. 11.* assertum fuit, uxor marito vim præposteram intentet (quod posterius, sed absque ullâ adjectâ ratione negat *Clap. in Differt. de Crimin Sodom. §. 4. §. 1.* Hujus gratia itidem (1) matrimonium separatur, *c. 7. omnes causationes. 32. q. 8. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 286. n. 14. Sebast. Monticul. de Patr. Potest. verb. matrimon. n. 77. Barbat. vol. 1. cons. 64. num 7. Pela. de Pœn. Delict. cap. 33. Barbos. Rubr. ff. Solut. matrimon. p. 2. num. 30. Anton. Cuc. lib. 5. Inst. Major. t. 12. in fin. Anton. Veracruz. Spec. p. 3. art. 1. concl. 2. Didac. Covarruv. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 5. n. 6.* Quod tamen non probari ab *Innocent. & Florian. ad cap. maritus. 4. X. de Adulter.* dicit *Jul. Clar. l. c. num. 6.* quibus addi possunt *Sanchez. de Matrim. lib. 10. Disp. 5. num. 6 7. & 8. Rosell. Matrim. 7. num. 2. Sylvest. verb. divortium. q. 7.* 2.

Tabien. Matrimon. 4. q. 2. num. 3. Gaët. in Repert. can. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 212, Palac. 4. d. 35. disp. un. col. 8. Gandin. de Malefic. Tit. de mult. Qq. depend. à statut. n. 25. Suppl. Gabr. 4. d. 35. q. un. art. 2. concl. 8. qui volunt, hoc factum non esse veram causam divortii perpetui : quia vir non dividit carnem suam in plures, sed in propriam uxorem ; nisi ille desistere à scelere renuat, & uxor adeò ad connivendum cum periculo animæ propriæ trahatur. Ast hæc ratio propterea procedere nequit, quod sodomia gravior sit adulterio, sicuti constat ex iis, quæ diximus *th. præced. & cap. 5. th. 5.* Quemadmodum igitur adulterium semel commissum fidem matrimonii, indissolubiliter alteri conjugum datam, solvit in tantum, ut, nisi veniam dante parte innocente consentienteque principe, resarciri nequeat, ita & hoc facinus sodomiticum: Idem reponere possumus ad ea, quæ Idem *Sanchez. l. c. n. 9. p. m. 318. cum supr. citat. Autorr. & Gloss. ad. c. omnes causationes. verb. sodom. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 62. art. 1. dub. 4. Barth. à Ledesm. p. 2. q. 4. art. 64. col. 2. Alberic. in Dictionar. verb. Divort. & verb. matrimon. Astens. summ. p. 2. l. 8. t. 11. art. 3. q. 8. Navarr. l. 4. cons. 1. in fin. Johann. de Friburg. summ. conf. lib. 4. tit. 22. q. 4. Abulens. c. 5. Matth. q. 233. Enriquez. lib. 11. de Matrimon. cap. 8. n. 13. Angiesf. flor. p. 1. de Matrimon. q. 9. art. 1. diff. 1.* satis falsè præsupponunt, conjugium separabile non esse,
3. si maritus sodomiam cum aliis exercuerit, suamque conjugem ad hanc libidinem non solicitaverit; quoniam & tunc non integrè & consummatè lædítur matrimonium, nec dividitur caro in aliam per concubitum, quæ divisio (si Diis placet!) est divortii radix. Nos enim, qui formale hujus divortii in violatione fidei conjugalis ponimus, separationem totalem probè hîc locum sustinere, si

pars

pars læsa nolit condonare cum *Eman. Sa, verb. Divortium. Laur. cit. can. omnes accusationes.* aliisque; imo, juxta Augustanos, secundũ tradita in *th. praeced.* parti læsæ denuò, ut nuptias alias ambiat, concedi posse omnimodò contendimus. Gladio quoq; (2) communiter sopitur, *Petr. Theod. Colleg. Crim. c. 6. aphorism. 5. lit. R. Matt. Coler. Decis. 187. per tot. Johann. Coppen. 2. th. 127. n. 4.* Ignẽ; tamen adhiberi vult, sæpiusque ita pronunciatum refert *Jul. Clar. l. c. num. 2. p. m. 78. cum Anton. Gomez. super L. 80. Tauri. n. 33.* qui dicit in oppido Talaverræ combustum fuisse quendam, qui propriam uxorem contra naturam carnaliter cognoverat. Cæterum hanc perversitatem etiam cum lamiis Italiæ Diabolos, quos Dusios Galli vocant, *Augustin. de Civitat. Dei. lib. 15. c. 22. Jacob. Sprenger. Mall. Maleficar. part. 1. quaest. 3. p. m. 31.* peragere, dicunt *ex Sylvestr. Prier. de Strigomach. & Anan. Lib. 4. de Natur. Dæmon. Martin. Delrio, Disquisit. Magic. lib. 2. q. 15. p. m. 1645. Andr. Victorell. in addit. ad Francisc. Tolet. Summ. Cas. Conscient. lib. 5. cap. 13. in fin. p. m. 709.* ac judices de his inquirere posse, combuereque nocentes asserit *ex Ludov. Carer. in Repet. ad L. 2. C. Quor. Appell. non recip. n. 43. Jodoc. Damhouder. Prax. Crimin. cap. 66.* Quamvis de hoc vitio contra naturam extraque vas debitum nusquam legi contendat *Jacob. Sprenger. l. c. p. m. 40.* Huc refer quartò, si uxor aut bestia mortuæ cognoscantur, *Mejer. in Colleg. Argentorat. Tit. de Stupr. §. sodomia. th. 26. p. m. 607.* vel si quæ mulier demortui masculi virilia fricet, *Lud. Clap. cit. Diss. de Sodom. §. 5. add. Sanchez. lib. 10. de Matrim. disp. 4. n. 14. p. m. 319.* Prioris sceleris exemplum videmus in Sigismundo Malatestâ, qui non exiguæ parti Æmuliæ im-

4.

5.

peritavit, quæ nunc est Romaniola; hic incensus formâ cujusdam Teutonicæ Matronæ Romam è terrâ Germanica proficiscentis, piaculorum gratia utque Divorum templa Petri & Pauli visitaret, eam suos per fines iter facientem aggressus, cum nullâ ratione vim vivæ afferre posset, jugulavit, jugulatamque cognovit, *Johann. Jovian. Pontan. Tom. 1. lib. de Immanitat. cap. 17. p. m. 968.* Licet justissimo Divinæ Majestatis judicio idem Malatesta, monente eodem *Pontan. l. cit.* à filio suo Roberto, cui stuprum inferre conabatur, stricto pugione interfectus fuerit.
6. Hoc certè flagitium graviter puniendum venit tanquam contrectatio cadaveris & alterius corporis violatio, *arg. L. Rei sepulchrorum. 11. ff. de Sepulchr. Violat. Mejer. in Colleg. Argent. loc. cit.* quare si ejusmodi fuerint vilioris conditionis personæ, ultimo supplicio afficiantur; sin verò honestioris, in insulam deportentur vel relegentur, aut in metallum damnentur. Sed hoc secundum jus civile tantum procedit, qvum alio & præsertim Saxonico jure gladio promiscuè puniantur, *add. Jodoc. Damhouder. cit. cap. 96. p. m. 193. n. 30. & seqq. Nicol. Boër. Decis. 316. n. 15. Georg. Schulz. synops. Instit. ad Tit. de Pub. Judic. lit. L. p. m. 685. Jul. Clar. 5. sentent. §. fornicatio. n. 28. Constit. August. part. 4. constit. 25. verb.* die so mit verstorbenen Weibes-Personen zu thun haben/ da sie gleich noch nicht begraben / vielmehr wenn sie zur Erden bestätiget / und zu solchen Fürnehmen wieder auffgegraben werden / solcher unmenschlicher Mißhandlung wegen mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft werden. Quoad partem
7. innocentem, iterum jungere possemus matrimonii separationem, quam, more solito, negat *Sanchez. l. c. num. 14.*

p.

p. m. 319. in verb. non credo juſtam eſſe divortii cauſam concubitum intra vas cum fœminâ aut beſtiâ mortuis; quia non eſt propriè fornicatio, ſed perinde ac concubitus cum ſtatuâ mulieris, quare non eſt vera diviſio carnis in aliam. Sed nos fidem urgentes fractam conjugalem, quam ſemper genuinum matrimonii formale eſſe conſtat, ſimiliter & horrendam abominandamque peractionem operis, certi ſumus in foris Auguſtanis hanc *Sanchesii* objectionem parum curari. Quintò contingit, verbis uxor laudati *Jodoc. Damhouder. l. c.* in diverſo etiam ſexu abuti venere; idq; rurſus bifariam, aut non in membro debito, aut non modo debito, v. g. immittendo ſemen intra os aut aures maſculi vel fœminæ, *Sanchez. l. c. num. 10. p. m. 318.* Quomodò verò hi modi ex profeſſo peragantur, non eſt noſtrum hîc velle explicare. Turpiores enim ſunt & deteſtabiliores, quam ut cuivis pio lectori committi debeant, *add. Proſper. Farinac. de Delict. Carn. q. 148. tit. 16. per tot. Tiber. Decian. vol. 3. conſ. 83. n. 1. Angel. Aretin. de Maleſic. verb. che hai adultera lamia donna, n. 54.* Conſentit *B. Auguſtin. in c. adulterii. n. XXXII. q. 7.* adulterii malum, innuens, vincit, fornicationem, vincitur autem inceſtu, ſed omnium horum eſt peſſimum, quod contra naturam fit, ut ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo uti voluerit, &c. Quemadmodum etiam pœnam gladii dictarunt Scabini Lipſienſes marito exercenti venerem in os uxoris, nec non ipſi uxori maritum admittenti, & ore ſemen exſugenti, ad requiſitionem Quæſtoris Dresdenſis, M. Majo Anno 1562. prout refert *Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. part. 2. quæſt. 76. n. 26.* Aliud exemplum ex *C. Sveton. Tranquill. libr. de Vit.*

Ti-

8. (margin, beside "Quintò contingit")
9. (margin, beside "pœnam gladii")
10. (margin, at foot)


Tiber. cap. 44. p. m. 116. enarrat *Johann. Jovian. Pontan. l. c. p. m. 970.* de Tiberio natante in piscinis, ad id ipsum factis, inter puerorum greges: deque pueris ipsis, natantis ejus inter fœminas versantibus, linguaque ac morsiunculis sensim appetentibus, & quasi infantes firmiores, nec dum tamen a lacte depulsi, inguini ceu papillæ admo-
11. tis, ut in piscibus hominum quidem partes pueri ipsi exercerent; in hominibus verò piscium. Sextò quoque nequicquam loci hîc merentur flagitiosi ac famosi mastupratores tribadesque, qui quæve, contra naturæ ordinem, libidinem exercent in proprio corpore. Intelligo autem non tantum mares, de quibus Martialis, mastruprabantur, inquit, Phrygii post ostia servi; sed etiam fœminas, *Firmian. in Repertor. verb. Sodomia. & verb. Stuprum. Johann. Riolan. Anatom. c. 35. ex Vesal. lib. de*
12. *Chym.* Animadvertitur in hosce (licet sodomiam propriè sic dictam non committere eos, statuant *Carpzov. l. c. n. 11. Petr. Caball. Resolut. Crimin. cas. 286. n. 30.* quibus contradicere videntur *Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap. 6. aphorism. 5. lit. R. num. 32. Bonacas. Tract. Qq. Crimin. verb. sodomia. in fin.*) relegatione aut aliâ poenâ extraordinariâ, si ad notitiam judicis pervenerit, *Jodoc. Damhouder. l. c. n. 6. p. m. 289. Johann. Sitemann. Nucl. Instit. n. 2. q. 76. num. 4.* Quemadmodum ita in facti contingentiâ mulieris frictricis judicatum fuisse refert in civitate Granatæ *Anton. Gomez. sup. L. 80. Tauri. n. 34.* imò fustigationem, circumstantiis ita generaliter exposcentibus, dictatam se meminisse innuit *Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 48. th. 43.* Modò secundum E-
13. undem *Gomez. l. c.* simplex intervenerit frictio; aliàs si quan-

quando duæ simul coëunt, imponendo aliquod instru-
mentum materiale, puta ligneum, vitreum aut ferreum,
Johann. de Friburg. summ. conf. lib. 4. tit. 22. q. 4. Sanchez, de
Matrim. lib. 10. disp. 4. num. 5. vera sodomia videtur com-
missa atque punienda secundum tenorem in *thes. praecd.*
propositum. Hinc moniales quasdam, quæ ita simul
coïerant, combustas fuisse, idem *Gomez. l. c.* refert: con-
sentiunt *Prosp. Farinac. q. 148. n. 41. pag. m. 712. Jul. Clar. lib. 5.*
sentent. §. fornicatio. 6. n. 28. p. m. 27. Inclinat in hanc sen- 14
tentiam quoque *Thom. Angl. in Stater. Mor. Exam. 2. Tru-*
tin. 2. §. 4. p. m. 181. in verb. Tribadum exercitium infame
ad eandem nequitiam reducitur, sed olet sodomiam, quæ
mollitiem excedit; & quod cum majore voluptate perfi-
ciatur, unde tenacior evadit, & quod extendat se ad con-
sortem; & tandem quod vilificet naturam patientis per
unum deterioris sexus; quæ omnia tribadum nequitiæ
conveniunt, quæ fœmineum sexum non nobiliori, sed
pari subjiciunt & pro inferiori abutuntur. His adde sce- 15
lus Onaniticum, cujus mentionem facit *cap. 38. Genes.* Hoc
peccatum esse ipso adulterio gravius, disputare rectè
Scholasticos affirmat *B. Johann. Gerhard. Tom. VII. de Con-*
jug. num. 487. utut citato modo delinquentes neq; legibus,
neq; moribus pœnam incurrere blateret *Simon van Lee-* 16
ven. Censur. Forens. in fin. cap. 28. lib. 5. Simile ferè pronun- 17
ciandum, qvum medicamentis seminis profusio excitatur.
Nam & hos ad minimum in foro conscientiæ teneri sta-
tuimus: quia media hæc, quæ adhibentur, sunt illicita,
quamvis fortassis conducant ad sanitatem vitæque since-
ritatem impetrandam. Hinc utique gravissimè pecca-
re medicos simplicem pollutionem ad justam valetudi-
F nem

nem acquirendam ſuadentes; & eis obedientes à peccato mortali non excuſari dicit *Summ.Tolet.in pracept. 6. c. 13. & 14. de Peccat.contr.Natur.* Exceptionem tamen vide apud *Johann. de Dicaſtill.de Juſt.& Jur.lib.1.diſp.3.dub. 20.*
18 *p.m.97.b.* Etiamſi quoque per maleficia conciliari queat, ut non poſſint ejusmodi ſcelere abſtinere; prouti exemplum pauperis in Civitate Confluentiæ allegat *Jacob. Sprenger.Mall.Maleſic.part.2 qu.2.cap.1.p.m.271.* Ille enim in præſentiâ uxoris omnem actum venereum, prouti viri cum mulieribus agere ſolent, etiam repetitis vicibus perſe exercuit, nec ab illo ad inſtantiam & ejulatum mulieris averti potuit, cum tamen nulla perſona corporali viſu ei cerneretur ſuccumbere, fiebatque, ut miſer ille poſt tales diutinas vexationes colliſus in terram omnibus viribus deſtitueretur. Mentionem etiam facit *Petr. Caball. Reſol.Crim.16.* alterius alicujus enormiſſimi & fœdiſſimi coi-
19 tus, qui ob ſummam ejus obſcœnitatem tam clarum non patitur ſermonem, quocirca ad Eundem L. B. ablegatum volumus. De mulierum deniq; ſodomiâ cum Baal Peor *vid.Dn.Andr.Beyer.in not.ad Selden.de Diis Syris.ad cap. 5.Synt.1.p.m.235.* Mallem, inquit Ille, ſic dictum Ido-
20 lum, &c. quod ποσθῶν, ſive Tuttunus pertundendæ virginitatis, clauſtrique virginalis crederetur, & fortaſſè nec prius futurum proſtibulum frontem collimaret, niſi ſcelesto Tuttuno vel ſemetipſum initiaſſet, vel initiandum obtruſiſſet; quale quid non planè alienum à priſcis ſeculis eſt, quibus juxta *Auguſtin. lib.4.cap.10.l.6.c.9.l.7.c.21.de Civ.Dei.* Romæ Mutini aut Priapi faſcino inequitabant matronæ, novæque nuptæ, ut prior ille Deus pudicitiam delibaſſe videretur, *vid.Gall. ad Lact. p. 110. ſeqq.*

nec

nec hodierno à nonnullis Indis, qui ejusmodi πορθῶν, occidendæ virginitati deſtinato ſponſas primâ nocte conſecrant, quod, ſi cum ſacro textu conferatur, non adeò diſtare dixeris: videntur enim cum meretricibus ab idolis initiatis, vel coram concubuiſſe, vel poſtea ſecum, ut Simri abduxiſſe, ſic docti morem illius cultus. Accedit, quod ſcriptura, hunc cultum abominans, utatur voce copulam conjugalem ſignificante, ut mirum non ſit, ob τριβαδικὴν ἀσέλγειαν & tribadum inſanam libidinem, deinde ſecutam doctámque (nam ὀλίσβω vel parvo Peor, vel Priapulo, ut idem dicam, ſeſe τρίβῦσαι exercuiſſe credibile eſt) horrendis iris exarſiſſe, meritoque iniquitatem Peoris omnium flagitiorum flagitioſiſſimum habuiſſe *Joſ.22,17. &c.* Hucusque Ille. Haſce ergo impotentiæ 21
ſpecies incidenter tantum delibavimus, quoniam iis denegatur effectus producendi partum áliquem vitalem, ſive jam ille monſtroſus ſit, uti *infr.cap.4.th.1.* ſive inceſtuoſus & prohibitus, uti *cap.8.& ſeqq.* præſertim cum deficiant organa atq; vaſa, ratione quorum dici queat, potentiam naturaliter ineſſe debitam impediri. Siquidem impotens mihi ſemper reſpectum ad alium importat, quamvis non magni æſtimemus, an ille ſe ad omnem perſonam extendat, an verò in uno certo atque ſingulari ſubjecto determinetur, quod accidiſſe ubivis in maleficiatis claret & apparet.



CAPUT TERTIUM PERTRACTAT IMPOTENTIÆ CONJUGALIS CAUSAS TAM EXTERNAS, EFFICIENTEM SCILICET ET FINALEM; QVAM INTERNAS, MATERIAM ET FORMAM.

THES. I.

1. *Causa efficiens impotentiæ prima est partium genitalium inter se minus correspondens aptitudo.*
2. *Hæc oritur tàm à naturæ exuberantiâ, quàm defectu.*
3. *Exemplum defectus naturalis ex Hostiensi.*
4. *Ocularis inspectio Medicorum hîc maximè necessaria.*
5. *Allegantibus impotentiam & inspectionem recusantibus jura non succurrunt.*
6. *Hæc ineptitudo oriri potest etiam ex frigiditate, siccitate, pinguedine, aliisq; vitiis.*
7. *Separatis ob morbum sonticum, vel lepram furoremque non est concedendum novum matrimonium.*
8. *Causa impotentiæ secunda est sæpius hominum inconsiderata actio.*
9. *Scythas ob assiduam equitationẽ impotentes fieri dicunt.*
10. *Causa tertia est hominum nequitia.*
11. *Eaq; vel violenter partes genitales annihilat,*

12. *Vel*

31. *Criminis læsæ Majestatis rei judicati, qui apud Athenienses Mercurii statuis obscœna abripuerant.*
32. *Adulteri olim castrati.*
33. *Singularis pœna adulterorum apud Placidas Attica populum.*
34. *Ancilla cultro abripiens genitalia stupratori violento.*
35. *Quarta impotentiæ causa est sanctio positiva vel naturalis.*

OFferunt se *Causæ* hujus impotentiæ, quas, quantum in nobis erit, breviter illustraturi sumus, initium capientes ab *Efficiente*, quam satis variam æq; ac multiplicem
1 reperimus. Contingit namq; sæpenumero, ut ejuscemodi personæ matrimonio jungantur, quæ vel ob ætatem impuberem, vel aliam ob causam quoad partes generationi dedicatas sibi haud aptè respondeant, & has naturaliter impotentes vocamus, respectu ubiq; habito ad subjectum illud, ratione cujus nimia membri magnitudo angustiaque intercedit, *vid. Wehner. Cons. Franc. 40. Johann.*
2 *Gerhard. Loc. Theolog. de Conjug. num. 689.* Naturæ autem hoc loco intelleximus tàm perfectitudinem, quam infirmitatem: Sic *Paul. Cypr. de Jur. Connub. cap. 9. n. 7. p. m. 311. Raup. Bibliothec. Portat. lib. 2. part. 5. Loc. de Conjug. p. 2. q. 6. p. m. 240.* allegant *Heinric. Cardinal. Hostiens. ad cap. 1. acce-*
3 *pisti. verss. si autem X. de Frigid. & Malefic. p. m. 226. a.* qui vidit quendam habentem virilia instar verrucæ, quam porrum vocamus, *Johann. Andr. ad d. c. accepisti. p. m. 29. a.* & testes instar cicerum, *add. Fortunat. Fidel. lib. 3. Relat.*
4 *cap. 2.* Quamvis sedulò judex caveat, ne hisce in casibus inspectio oculata omittatur; *Marcell. Cal. Tract. de Mod. Proband.*

band.Gloss.fin.§.2.num. 285. Mascard. de Probation. vol. 2.
conclus.817.Petr.Ravennat.ad Rubr.X.de Frigid.Beust.de
Matrimon.p.2.c.14.p.120. Possunt enim quandoque secun-
dum Eundem *Heinric.Cardinal.Hostiens.l.c.* qui de coram
factis in Civitate Diensi attestatur, membrum retrahere,
& in modum animalium longissimum emittere ; itaq; al-
legantes hoc impedimentum tàm in coëundi , quam in 5
generandi impotentiâ, & tamen inspectionem recusan-
tes, non sunt audiendi, tanquam si nihil ad rem faciens al-
legaverint, *Zach.Quæst.Medic.Legal.lib.3.tit.1.q.9.num. 6.*
Nam ut non est credendum alleganti propriam turpitu-
dinem ; ita nec credenda est inhabilitas corporum sine
firmâ probatione ; quæ per honestas matronas institua-
tur, si de fœminâ agitur, per juramentum verô & externa
signa probabilia, si de viro dubitatur, *Nicol.Hemming.de*
Divort.caus.3.p.m.195. Cœterum ad hanc impotentiæ cau- 6
sam non immeritò, ut remur, tam frigiditatem, quam sic-
citatem, pinguedinem aliaque vitia *Matth.19,12.* congres-
sum conjugalem impedientia retulimus, *Joseph. Mascard.*
de Probation.vol.2.conclus.889 num. 11. Bernhard. Scotan.
Exam.Jurid.ad Tit.de Rit.Nupt.q.2. minimè tamen per 7
hoc concedentes novas societates personis hisce, quibus vel
ob lepram, vel ob furorem aliumque morbum tonticum
unâ eademque mensâ & habitatione interdictum, tametsi
contrarium defendat *Sacer.Libell.de Caus.Matrimon.* Se- 8
cundam impedimenti conjugalis occasionem hominum
inconsideratis actionibus adscribere volumus, qui videli-
cet vel nimio motu, vel fortuito casu vel ex aliâ gerendi
negotii imprudentiâ labem hanc sibi concilianr. Hinc 9
Scythas impotentes evadere ob assiduam equitationem
do-

10 docet ex *Hipp. de Aër. Aqu. & Loc. Zach. l. c. q. 5. n. 2.* Ter-
tiam impotentiæ ansam mortalium nequitiæ attribuere
libet, quæ ab exiguis quidem profecta initiis in tantum
progressus suo tempore fecit, ut magnitudine demum la-
11 boraverit. Conficiebantur quippe per genitalium mem-
brorum attritionem tot imbecillorum examina, ut ubili-
12 bet omnia lasciviis in Urbe replerent. Aggravabat de-
lictum, juxtim & negotium facessebat majus iniquissima
veneficorum ac maleficorum caterva, quæ omni adversa
bono partim herbarum succis, *Mich. Libell. de Secret. Na-
tur. cap. 14.* verborumque incantamentis; partim occlu-
sione claustri novissimi ac ligatione ligularum supersti-
tiosâ haud parum incommodi copulatis accelerabat, in tan-
tum, ut nec pater ferè à filio haberetur tutus. *Berosus*
certè *Chaldæus Antiqu. lib. 3.* quem sequitur *Dionys. Go-*
13 *thofred. Hist. Antiquit. lib. 1. pag. 8.* de Chemo dicit, eum
patrem Noam odio habuisse propterea, quod alios ulti-
mò genitos ardentius amari, se verò despici videret. I-
taque nactus occasionem (cum pater Noah madidus ja-
ceret) illius virilia comprehendens, taciteque submurmu-
rans carmine magico patri illusit, simul & sterilem pro-
inde atque castratum effecit: neque deinceps Noah fœ-
14 mellam fœcundare potuit. Tametsi hoc fabulam po-
tius, quam veram historiam velint Theologi nostra-
tium, inter quos *B. Gerhard. Comment. ad Genes. cap. 9. p. m.
250.* quod nos, fide potissimum S Scripturæ tacente, haut
inviti credimus. Acriter igitur & meritò simul, hosce
15 maleficos perstringit *Bodin. Dæmonoman. lib. 4. cap. 5. p. m.
396. in verb.* sed alii quoque sunt magi, de quibus *lib. 2.* egi-
mus, non perinde quidem detestandi, sed tamen actioni-
bus

bus diabolicis cum Diabolo communicant. Ejusmodi
ſunt, qui nodant ligulas damnabili ſcelere: ex quibus, etſi
nonnulli ſunt, qui hoc ſine expreſſâ conventione, aut ſo-
cietate cum Diabolo initâ faciunt, actio nihilominus eſt
diabolica, & ſupplicio capitali digna. Nam quisquis
illam artem colit, Dei legem omninò ac naturam violat,
impediens effectũ matrimonii, quẽ Lex Dei imperat: cum
hâc de cauſâ aut matrimonia ſolvi oporteat, aut ſine prole
convivere, quod planè eſt ſacrilegũ. Neq; v. negari pot-
eſt, quin ſit homicida: tam n. homicida eſt, qui liberorum
procreationem impedit, quam qui alium jugulat. Ter-
tiò mutuam matrimonii amicitiam tollit, ſanctiſſimum
naturæ & humanæ ſocietatis vinculum, odiumque Vati-
nianum affert. Quartò eodem momento fit iſta noda-
tio, quo ſanctas voces miniſter pronunciat, & dum quip-
pe debet ad Deum attendere, nodator voces interſerit,
myſteria diabolicâ impietate exercenda. Sextò multæ
eam ob cauſam committuntur cædes hominum, à quibus
id procurari ſuſpicio eſt, quamvis ne in mente quidem
habuerint. Hæc igitur quinque aut ſex crimina noda-
tores perpetrant, quæ modò annotavimus, ut judices
(quorum autoritate ſaccularii vel crumeniſecæ ſuſpen-
duntur) iſtud capitale ſcelus non ſinant impunè effuge-
re, &c. Hactenus *Bodinus*. Quin & hûc perventum 16.
erat luxuriæ, ut mulieres caſtrarentur & inciderentur,
veluti infert ex *Joh. Brod. Miſcell. lib. 5. c. 3. Conrad. Rittersh.*
ad §. 5. Inſt. de Publ. Judic. item ex *Alciat. in L. Spadonum.*
128. de Verb. Signif. & 4. Antiq. Lect. 10. Heinric. Kornmann,
de Jur. Virgin. cap. 116. p. m. 298. & teſtimonio Clearchi de 17.
Lydis eorumq; primo Rege Andramyte, primis mulie-

rum ſectoribus confirmant *Jtter.Synopſ.Philoſ.Moral. lib. 3.cap.3.ἐχθ.§.10.Xant.Rer.Lydar.lib.2.Athen.Dipnoſoph.lib. 12.cap.12.Petr.Gregor.Tholoſan.Syntagm.Jur.Univerſ. l. 7. cap.2.n.20.* Non obicem ponit relationi noſtræ *Johann.*
18. *Riolan.Anatom.cap.35.pag.m.539.* cum aſſerit, *Daleſchampium in not.ad lib.17.Athen.* veterem fœminarum caſtrationem ſic interpretatum eſſe, quod quemadmodum infibulatis naturalibus equæ, quas concipere & parere nolunt, cuſtodiuntur, per ferreos nempe circulos ordine trajectos, quibus illæ ipſæ libidinis partes occlunduntur; ita etiam uxores olim conſervatæ fuerint: poſſet hanc ſententiam inſuper confirmare, quod recenſentibus *Johann. Riolan.l.c.Paul.Cypr.de Sponſalib. cap.13.n.3. p. m. 506. cum*
19. *Petr.Bemb.Hiſtor.Venet.lib.6.* moris erat apud Nigrorum Nationem, quæ hymeni, utpote fragili labiliq; ſepimento minus confiſa, validioribus certioribusq; præſidiis filiarum virginalia munire aſſolebat. Etenim puellis ubi primùm natæ erant, pudenda conſuebant, ſed ita ut urinæ liberior meatus non interciperetur; illæ autem, ubi adoleverant, ſic conſutæ nuptum dabantur, ſponſoque ea relinquebatur incumbebatque cura, ut ferro conglutinata
20. cervicis labra ſecaret & divideret. Verum hæc opinio, cum contra communem rectè ſtatuentium affirmationem militet, tantumque analogiam quandam veræ ac propriè dictæ caſtrationis ſecum trahat, non immeritò tanquam nos non ſtringens à nobis rejicitur & relinquitur. Cœterum ſeverè ſemper in hoſce ſecantes animadverſum fuit, id quod atteſtantur leges, quæ copioſiſſimæ
21. ad compeſcendum ſcelus prolatæ reperiuntur. Poteſt namq; contra eos civiliter agi primò ex *L. ſi ſervus. 27. §.*
& ſi

& si puerum, 28. ff. ad L. Aquil. injuriarum: Secundò ex 22.
dicto Ædilium, quia morbosus est evnuchus, *L. sin autem. 7. L. Ædiles. 38. §. sed enim. 7. de Ædilit. Edict.* quanquam secus se res habeat in aliis animantibus, *l. c. 38. §. 7. h. t.* Tertiò in quadruplum ex LL. XII. Tabb. scilicet actio- 23.
ne in factum, *Gloss. ad cit. L. 27. §. 28. ad L. Aquil. verb. in quadruplum.* Aliæ etiam actiones supersunt, si quis quar- 24.
tò criminaliter crimen prosequi velit: siquidem ex constitutione Imperatorum Domitiani & Hadriani, *vid. Sueton. in Vit. Domitian.* si servus fuerat, qui castratos fecerat, morte plectebatur; sin liber, præter exantlatam pœnam *L. Cornel. de Sicar.* bonis privabatur, violenter autem castratus consequebatur libertatem, *Novell. 142.* Similiter 25.
hoc judicium, tanquam speciale aliquod contra præceptum *L. Absentem. 5. de Pœn.* in absentes exercebatur, & qui, neglectâ sanctione hâc, sponte se excidendos præbuerant, unà cum medicis, qui exciderant, capitale supplicium subire cogebantur. Neque impunè ferebat patra- 26.
tum, qui servum suum castrandum tradebat, quia eidem leges dimidiam facultatum partem, quæ fisco applicabatur, detrahebant, *L. Lege. 4. § idem. 2. L. hi quoq; 5. L. Jus qui. 6. ff. ad L. Cornel. de Sicar. t. t. C. de Evnuch.* Alio tempore 27.
hunc puniendi modum D. Justinianus sustulit, sancivitq;, ut, qui quamcunque personam castrare præsumserint, si quidem viri sint, hoc, quod aliis fecerunt, & ipsi patiantur, & si incolumes evaserint, tam bona eorum addicerentur fisco, quam ipsi mitterentur in insulam. Eadem fermè ratione se res habet cum fœminis, aliisque, qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintq; personas, aut etiam domos, vel locum aliquem ad hoc præbuerint, sive viri

 sint,

ſint, ſive fœminæ, utpote qui injuſtæ hujus actionis teſtes facti ſunt, *Novell. 142. c. 1. & 2. arg. L. Nihil. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar. arg. L. qui domum. 8. ff. ad L. Jul. de Adulter. Novell. 28. Leon. 60.* Conſimilis talionis pœna perſpicitur apud *Philipp. Camerar. part. 1. Oper. Succiſiv. cap. 99. p. m. 497.* ubi Hermotimus ſectorem ſuum Panionium adegit propriis filiis genitalia reſecare, quod cum invitus peregiſſet, filii iterum patris virilia abripere adſtricti ſunt. Hiſtoria integra ex *Camerario* ita ſe habet: Apud *Herodotum in Uraniâ* de quodam Hermotimo & Panionio Chio legitur (Talionis pœna) quamvis non inficias eam, iræ & vindictæ nimium illum indulſiſſe & talionis terminum exceſſiſſe. Ille enim, qvum captus ab hoſtibus, & huic venundatus eſſet, juſſit illum caſtrari. Ducebat enim Panionius ille ex hoc impuriſſimo quæſtu, quem factitabat, vitam. Nam quos pueros formâ præditos coëmerat, eos caſtrabat, ductosque aut Sardeis, aut Epheſum magnâ pecuniâ venundabat. Etenim apud Barbaros, ait Herodotos, pretioſiores evnuchi ſunt, quam qui non ſunt caſtrati, in omni genere fidei gratiâ. &c. Hermotimus ille, qvum ad Regem Xerxem cum aliis muneribus deductus eſſet, progreſſu temporis ex omnibus evnuchis maximo in honore apud eum eſt habitus. Qvum autem Rex adverſus Athenas moveret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cujusdam negotii gratiâ deſcendit in agrum Miſium, qui à Chiis incolitur, ſed Atarneus vocatur. Ibi inventum Panionium atq; agnitum allocutus eſt, & multis & communibus verbis primùm recenſens ei, quæ per illum eſſet aſſecutus bona; deinde pollicens, quam gratiam illius meriti foret relaturus, ſi homo cum ſuis dome-

ſticis

ſticis illuc commigraſſet. Eâ oratione libenter inauditâ, Panionius contulit ſe illuc cum uxore & liberis. Quem poſteaquam cum omni re familiari adeptus eſt Hermotimus, his verbis affatus eſt: O omnium poſt homines natos ſceleſtiſſime, qui ex nefandiſſimâ negotiatione quæſtum facis: quid aut ipſe ego, aut meorum quiſpiam, tibi, vel tuorum cuipiam mali feci, quod ex viro neutrum me reddidiſti? putabas fore, ut, quæ tunc machinabaris, laterent deos? qui juſtâ lege utentes, te infandorum opificem tradiderunt in manus meas, ut de pœnâ à me Tibi irrogandâ queri non poſſis. Hæc ubi exprobravit homini, filiis in conſpectum ejus adductis, qui quatuor erant, coëgit patrem illorũ genitalia reſcindere: quod cũ coactus feciſſet, filii ſui adacti ſunt ejus virilia abſcindere. Ita ſuppliciũ ab Hermotimo in Panionium rediit. Hactenus ex Herodoto *Camerarius*. Hunc tamen retaliandi 29. modum rurſus ſuo tempore antiquavit Imperator *Leo Novell. 60.* in quâ decretum, ut qui deteſtandæ hujus artis artificem ad caſtrandum advocavit, ſi in albo Imperatoris famulatus fuerit, primum albo eximatur, ac deinde decem auri libris in fiſcum deferendis mulctatus in decennium relegetur, malæ verò iſtius artis artifex & ipſe prius flagris cuteq; tenus tonſione deformetur, & poſtea bonis privatus eodem temporis ſpacio patriâ exulet. In ſpecie quoad ligantes ligulas pœnam adhuc hodiè ſatis gravem imponendam cenſet *Bodin. in Dæmonoman. p. m.* 30. *307.* Cum itaque, inquiens, hoc crimen pullulet, atq; hæc magorum principia & fundamenta ſint, omninò capitali pœnâ in iſtud crimen (quod ex diametro legi Dei & naturæ adverſatur) oportet animadvertere. Quod ſi quis,

 dum

dum nodare cœpit, in facto deprehendatur, aut nodationem fecisse comperiatur, sed eò irritam, quod timentes Deum nodari nequeant, is flagris primum ferroq; candente dignus est. Si enim is, qui venenum miscuit, quamvis consilium non adsequatur, tenetur homicidarum subire pœnas, ut lex disertè doctorumq; judicia statuunt; si vir cum veneno deprehensus, aut illud emisse aut vendidisse compertus, in eandem pœnam condemnatur; si deniq; is, qui monialis attentat pudicitiam, licet re infectâ, damnatur ad mortem, quibus tamen in rebus est crimen unicum: certè multò æquius est, nodatores istos, qui facultatem suam eò contulerunt, ut genituram averterent, gravius, quam flagris castigari; cum maxima sit criminis atrocitas & Doctores uno ore statuant, conatum licet irritum in atrocioribus maleficiis capitali pœnâ plectendum esse: adeoq; studium & voluntatem (ut ferè observatur) capitalem esse in Majestatis læsæ crimine. Nunc igitur læsæ Majestatis divinæ crimen esse demonstravimus, cum sacramenta & preces sacræ carminibus diabolicis inspurcantur: licet in aliis criminibus conatuum minor sit quam effectuum pœna. Sed hæc omnia interpreteris velim de castratione, quam ob lucrum secundum

31. ante monita committit petulans mortalitatis caterva; reperimus siquidem omnibus Mercurii Atheniensis statuis unâ nocte lascivem turbam membra obscœna abripuisse, quod fortassis tanquam crimen læsæ Majestatis divinæ prosecutum fuit, *vid. Dionys. Lambin. in Vit. Alciad. à*

32 *Cornel. Nepot. conscript. n. 22. p. 57. a.* Imò patet adulteris etiam (uno nimirum crimine tria non parva scelera perpetrantibus, injuriam corruptelam & liberorum

con-

confusionem) virilia fuisse amputata, quemadmodum exempla profert de Bibieno, qui Carbonem Actienum; & Pub. Cernio, qui Pontium adulteros hoc modo puniverunt, *Valer. Max. lib. 6. cap. 1.* addantur *Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 3. Martial. lib. 2. Epigramm. 60. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 2.* & ex his *Paul. Cypr. de Sponsalib. cap. 9. num. 2. Johann. Manl. Loc. Commun. Collect. ad Sext Praecept. Tit. de Adulter. p. m. 184. Benedict. Carpzov. Prax. Crimin. part. 2. quaest. 51. n. 17. & seqq.* qui etiam *ibid. n. 19. & quaest. 13. n. 11. ex Suid. & Juvenal. Satyr. 10.* Placidarum Atticae Regionis populorum 33. animadversionem, quae similiter quasi impotentiam secum apportat, induxit: quippe apud hos adulterae ignominiosas poenas dabant, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mirae magnitudinis esse dicebantur: quod si raphani defuissent, stelo utebantur, hoc est ligonis ligno, &c. haec *Carpz.* Sic impune quondam ancilla cultro abripuit genitalia juveni stuprum per 34. vim inferre conanti, *Heinric. Bocer. Class. 3. Disp. 4. th. 45.* Quartam impotentiae causam legibus adscribere placet, 35. quia haec certo modo hominum commissionibus limites praescripserunt, in tantum, ut vir respectu quarundam personarum habeatur infirmus, cum eas attingere carnaliter non valeat, *arg. L. qui contra. 4. C. de Incest. Nupt.*

Thes. II.

1. Prima intentio eorum, qui impotentes reddunt, est sobolis impeditio.

2. Exemplum in fratre Ludovici Regis Galliae.

3. Altera causa finalis est liberum libidinis exercitium.

4. Ancilla incauta ab impostore quodam decepta.

5. *Ale-*

5. Alexander Severus Imperator eunuchos eliminatos voluit.

6. Tertius finis erat custodia mulierum.

7. Quartam rationem finalem suppeditabat custodia victimæ virginalis.

8. Quinta lucrum ex venditione sperandum persequebatur.

9. Sexta, apud Barbaros usitata, quo saginentur Eunuchi.

10. Septimus finis intentabat cultum divinum & reverentiam magistratus.

11. Origines seipsum exscidit propter falsò intellecta verba Matth. 19, 12.

12. Valesii se & hospites suos castrarunt.

13. Leontius virilia sibi secuit, quo liberè conversari posset cum Eustolio fœminâ juvenculâ.

14. Cicutâ & ferro se annihilarunt sacerdotes Atheniensium, Deæ Syræ, Dianæ Ephesiæ, Ægyptiorum, &c.

15. Idem fecêre alii incisione nervorum post aures.

16. Spontè se castrantes clerici effici nequeunt.

17. Idem dicendum de iis, qui operantes illicitis, adeoq; culpâ suâ abscissionem passi sunt.

18. Secus est, si fortuitò, aut à medicis, aut hostibus, &c. quis membro privatus fuerit.

19. Summa taxæ pœnitentiariæ apud Pontificios pro eunuchi voluntarii promovendi dispensatione.

20. Octavus finis pœnam adulterii præ se ferebat.

21. Nonus evitationem suspicionis adulterii.

22. Decimus exsaturationem vindictæ.

23. Undecimus vocis suavitatem cantusq; dulcedinem.

24. Duodecimus, impotentiæ fictæ proprius, conservationem reverentiæ inter homines.

25. Sub-

25. *Subjectum impotentiæ sunt mas & fœmina copulari non valentes.*

26. *Objectum suppeditant partes genitales sibi non correspondentes.*

27. *Materiam ex quâ, analogicè hîc dictam, repræsentat defectus coëundi generalis.*

28. *Formam impotentiæ ejusdem differentia exprimit tàm à Lege, quàm à naturâ dependens.*

F*inis* in hoc negotio perinde varius est. Intendebatur enim *primò* solum coitus impedimentum, verbi gratiâ 1.
in successionibus, quando ab unâ familiâ, cui propter generandi impotentiam spes sobolis eo modo adempta est, largior hereditas in alterum transfertur, id quod non semel atq; iterum attentatum fuisse, fides historiarum, quam sponte hîc supprimimus, nos edocet, *vid. Martin. Delrio, Disquisit. Magic. lib. 13. p. 1. quæst. 3. sect. 2. p. m. 397. & Sebast. Franck. Chronic. German. p. m. 298.* ubi de Ludovico 2.
Rege Galliæ, fratrem Argentoratensium Præfectum ex eadem ratione castrante, multus est. *Deinde* quærebatur 3.
hoc opere liberum libidinis exercitium, ad quod, ut honestius superintegeretur, ejuscemodi subjectis indigebant, quæ citra effectum inter viros paterentur probrum, quid? quod inter fœminas absq; læsione pudoris externâ facerent, *Conrad. Rittershus. ad §. 1. Instit. de Publ. Judic.* Egregia (profectò!) mulierum pudicitia, atq; tot Auto- 4.
rum scriptis celebrata (si Diis placet!) maritorum fuga: præoptandum equidem, ut idem fabaginum genus in eas majori crebritate recusum fuisset, quod tradente *Guerner. Rollfinc. in Ordin. & Method. Generat. dedicatar. part. 1.*

cap.5.p.m.29. in ancillas quasdam non conjugatas, quæ circumforaneum quendam in magno honore habebant, quòd in Venereo duello se strenuum exhibere posset militem, & tamen cum testes intus laterent, evnuchus appareret: spem concipiebant mulierculæ, illum, sic fore sterilem, neq; se imprægnatum iri, ast non ita multo post, cum uterus excresceret, eventus eundem probè valentem viri-
5. bus fuisse comprobavit. Quare non absq; causâ Imperator Alexander Severus, hanc impudicitiam subolens, sancivit, evnuchos tertium genus hominum esse, nec videndum, nec in usu habendum à viris, sed vix à fœminis nobilibus, *Johann.Cluver.Histor.in vit. Alex. Sever. p. m.*
6. *267.Tertius* debilitandi finis, olim & adhuc inter orientales maximè usitatus, erat custodia mulierum & gynæcei: Persarum Regis, inquit *Heliodor.Æthiop. lib.8.* aulis oculi sunt & aures evnuchorum genus; qui cum neq; liberos, neq; cognatos habeant, quibus eorum animi devincti esse
7. possint, pendent ex solo, qui se ipsis credidit. Sic *quartò* victimas olim evnuchi inter Gentiles custodiebant, virginales, eodem teste *Heliodor.Æthiopic.lib.9.* Sequatur & hic, pergit Ille, Bagoas non tanquam victima, sed tanquam alterius victimæ, virginis hujus, custos, ut nobis casta usq; ad tempus sacrificii conservetur. Habet enim quiddam Zelotypum evnuchorum genus: quippe quibus
8. est privatum, ad hæc aliis prohibenda objicitur. *Quintus* finis lucrum persequebatur, quod malevoli hi subsecantes captare assolebant: nam semper majori pretio vendebantur castrati, quam alii servi, quod clarum est ex *L. si duobus, 3. pr. C. Commun. de Legat. L. si servus, 27. §. et si. 28. Ad L. Aquil. L. in communes. 1. §. ne autem. 5. vers. sin verò. C. de*

Com-

Commun.Serv.Manumitt. L. Interdum. 16. §. species. 7. de Publican. & Vectigalib. Novell. 142. cap. 1. Novell. Leon. 60. Paul. Cypr. de Sponsalib. cap. 9. num. 32. Philipp. Camerar. Oper. Succisiv. cent. 1. cap. 99. p. m. 498. ubi evnuchus minor decem annis usq; ad triginta; major verò usq; ad quinquaginta: Sin autem artifex fuerit, usque ad septuaginta solidos valuit. *Sexta* enervandi ratio, eaque certè plus quam bel- 9.
luina, consistebat in hoc, ut eò felicius saginari, escamque lautiorem mactati evnuchi præbere possent, quemadmodum hoc fecerunt Cannibali, Incolæ S. Crucis Americanæ, apud quos suo tempore Christophorus Columbus quosdam pueros ad hasce epulas destinatos exsectosque invenit, *vid. Eberhard. Schultes. Manual. Geograph. Descript. Americ. sect. 2. cap. 1. p. m. 495. Septimò* intendebant 10.
singularem in serviendo cùm magistratui, tùm ipsi quoq; Deo devotionem: exemplum prioris exhibent castrati in ditissimo Regno Sinæ, de quibus *Johann. Neuhoff.* Sinische Reise-Beschreibung. *de Anno 1655. p. m. 195. b.* posterioris verò præbet Origenes Adamantius, de quo videantur 11.
Nicephor. Calist. Histor. Ecclesiast. lib. 5. cap. 8. & *Euseb. libr. 6. histor. cap. 7.* qui factum sequenti modo introducit: per idem tempus tempus Origines, dum Scholæ Alexandrinæ, quam diximus, præerat, facinus quoddam admisit: quod quidem licet ex animo rudi & juvenili videretur esse profectum, fidei tamen & castimoniæ specimen maximum dabat. Istam enim Evangelii sententiam *Matth. 19. v. 12. sunt evnuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum*: aliquantò, ut fert ætas adolescentiæ, simplicius interpretatus, partim quod Salvatoris vocē se penitus implere oportere putavit, partim quod, cum ætate valdè ad-
 ole-

olescens esset, & non cum viris modò, sed cum mulieribus etiam sermones de rebus divinis & cœlestibus conferret, omnem turpis calumniæ & obtrectationis ansam infidelibus prorsus adimere voluit: dictam Salvatoris sententiam ex occulto (facinus namque maximam partem necessariorum suorum celare cogitat) aggressus est. Cæterum tale facinus ab eo, quantumvis cupiente, occultari non poterat. Quocirca Demetrius, qui ibidem rexit Ecclesiam, de eo post certior factus, tametsi hoc audax ejus facinus vehementer admiratus est, tamen incredibilem animi propensionem & ingenuitatem fidei amplexatus, eum illicò confidere & bono animo esse jubet. &c. hæc *Eusebius. add. Cardinal. Baron Annal. Eccles. Tom. 2. ad Ann. Christ. 208. num. 1. p. m. 391. & Differt. huj. cap. 6. thes. 3.*
12. Origini jungere possumus (1) Valesios in regione Philadelphicâ ultra Jordanem habitantes, qui auctore *Epiphanio hæres. 58.* & se, & hospites suos castrarunt, ut ita secum
13. introducerent in regnum cœlorum. (2) Leotium, qui deinceps ab Arianis Episcopus Antiochenus factus fuit, seq; ipsum, referente Athanasio, ideò castravit, ut liberè sibi cum Eustolio fœminâ juvenculâ conversari, imò & dormire liceret, *Dn. Zigler. ad Inst. Canon. l. . t. 25. §. 23* (3)
14. Sacerdotes Atheniensium sorbitione cicutæ se annihilantes, *D. Hieronym. ad Geront. de Monogam. Hieron. Crinit. de Honestat. Disciplin. libr. 9. cap. 10.* (4) Gallos sacerdotes Deæ Syræ, *Ovid. Nas. libr. 4. Fastor. Lactant. libr. 5. cap. 9. Paul. Cypr. libr. cit. cap. 9. Plin. libr. 35. cap. 12. Barnab. Brisson. de Verb. Signif. lib. 19. verb. virilitas.* (5) Sacerdotes Ægyptiorum, *Johann. Suev. Comment. ad L. Spadonum 128. de Verbor. Signif.* quos itidem cicutæ bibitione se impotentes reuudis-

diſſe tradunt *Paul.Zach.Qq Medic.Legal.l.3.t.1.q.5.n.48 Petr.Crivir.de Honeſt.Diſciplin. lib.4.c.10.* Teſtatur etiam (7) de ſuo tempore *Paul Cypr.l.c.n.11.* quod à multis pro- 15. batæ fidei hominibus cognoverit, religioſos pleroſque perpetuæ caſtitatis ſervandæ gratiâ ſibi voluntario motu nervos circa aures incidiſſe. Quamvis hos ſpontè ſibi virilia amputantes, etiam ſedandæ libidinis cauſâ, cleri- 16. cos effici nolint in Synodis Nicænâ & Arelatenſi compoſiti canones Eccleſiæ Romanæ; ſed ſui homicidas dicant, Deiq; conditionis (ſive potius opificii, *Dn. Zigler. ad Inſtit.Lancellot.l.1.t.25.§.23.p m.187.*) inimicos, *can. ſi quis abſcidit.4.& ſeqv.Diſt.55.can.maritum. 2. Diſt.33.* ita ut ſi quis in clero conſtitutus hoc fecerit, deponi debeat, *Eraſm.Ungepaur.ad tit.X.de Corp.vitiat.ordinand.n.10.p.m. 63.Covarruv.p.1.relect.Clement.ſi furioſus.de Homicid.n.6. & Variar.Reſolut.l.1.c.2.n.5. & l.2.c.1.n.11.* Cum enim nemo membrorum ſuorum ſit Dominus, ne quidem cauſa caſtitatis aut religionis ſibi ipſi licet manus injicere ad occiſionem vel mutilationem alicujus membri, *Andr. Vallenſ. ad tit. cit. de Corp. Vitiat.n.3.p.m.72.* His adde cum *Dn.Zigler.l.c.* quod res odioſa ſit evnuchus, qui eſt δυσοιώνιστον & δυσάντητον θέαμα, ſacris & ἀπὸ κοινῶν συλλόγων ἀποκλεισθεὶς; ut ait *Lucianus*, ἀμφίβιόν τι ζῶον & κορώναις ſimile, αἳ μήτε περιστεραῖς, μήτε κόραξιν ἐναριθμεῖσθαι, unde viros non-viros in grypho vocat *Athenæus.* Idem dicendum de iis, qui ab aliis talem abſciſſionem paſſi 17. ſunt, culpâ tamen ſuâ; veluti quia juſſerint, aut rogaverint, aut quia rei illicitæ operam dantes tale membrum caſu perdiderint, *Vallenſ.h.t.n.4.arg.c.dilectus c.ex literis. X.de Homicid.jung.Navarr.in Manual.c.27.n.298.Garz.de*

18. *Benef.p.7.c.12.n.8.& seqq.* Aliud est, si à medicis, vel à barbaris, vel à dominis & parentibus sine propriâ culpâ, talem ex sectionem quis patiatur; aut si fortuitò, dum operi rustico alterive licito curam impendit, *§. idem juris est.*
19. *23.Inst.Lancell.Qui promover.non poss. In Taxâ* tamen *Sacra Pœnitentiaria* apud Romanos Pontificios sub *tit. de Corpor.Vitiat.p.m.118.* pro illo, qui sibimetipsi membrum virile abscidit, ad ordinem promovendo dispensationis
20. loco poscuntur *Turonens.12.Ducat.3.Karol.6. Octavò* impotentia nonnunquam loco pœnæ adulterii adhibebatur, prouti de Placidis mulieribus demonstratum *supr. huj.*
21. *cap.th.1. Nonò* hoc ipso evitare conabantur adulterii suspicionem, prouti multis referunt de Combabo, perpulchro pariter atque celeberrimo architecto, qui missus ab Assyriorum Rege cum Stratonice, Regis uxore, ad ædificium perficiendum, ne in Regis Zelotypiam incideret, seipsum enervavit, atque abscissa virilia in vasculum inclusit, melle & myrrhâ additis, cumque postea multi nobiles imitati sunt, *vid.Petr.Gregor.Tholos.Syntagm.Jur. Univers.libr.7.cap.2.n.24.p.m.145.ex Lucian.in Dialog.de Dea Syr.* etiamsi narrata hæc fabulosa & frivola pronun-
22. ciet *Paul.Cypr.l.c.n.36. Decimò* apud Barbaros quærebatur exsaturatio vindictæ; quo modo Persæ in bello, quod causatus erat seditiosus Histiæus, Darii intimioris admissionis Consiliarius, victores existentes, optimum quemque ex Jonum aliarumque Græcarum Civitatum pube castrarunt, secumqve duxerunt, *vid.Joh. Ludov. Gottfrid.Chronic.ad Ann.Mund.3452.pag.m.109.* addatur Hermotimus de quo *th.præced.num.28.* De Evnuchis nostri temporis, qui ob suavitatem vocis cantusque dulcedi-

nem

sem castrantur, haud multa sunt, quæ jamjam dicere ha- 23.
bemus, quin potius hæc unius cujusque propriæ & infucatæ conscientiæ relinquimus, rectène an injustè hic actus jussu Regum atque Principum perpetretur. Ulterior finalis causa impotentiæ præprimis fictæ propria, 24
quæ etiam jure divino & humano inter consangvineos & affines intercedere debet, consistit in conservatione reverentiæ, de quâ ulterior dicendi materies nobis subnascetur in *cap. 8. 9. & 10. Causas externas* nunc inseqvuntur suo ordine *causæ internæ*, quæ ipsum esse rei ingrediuntur, earumque prima est *materia*, quam cum Metaphysicis, eandem communiter in talem in quâ, ex quâ & circa quam distribuentibus, similiter triplicem facimus. Prima au- 25.
tem nobis erit *materia in quâ*, quæ aliàs subjectum vocatur, hanc constituunt mas & fœmina, quatenus inter eos actus conjugales vel certo tempore, vel in æternum perfici partim non possunt, partim non debent. Secunda ap- 26.
pellitatur *materia circa quam*, sive objectum, quam suppeditant partes genitales, quoad congressum sibi haud aptè respondentes. Tertia à Philosophis verè ac propriè sic dicta dicitur *materia ex quâ*; eandem verò (cum propriè, 27.
prout in substantiis, in accidentibus esse non possit) hic repræsentat genus, & consistit in defectu generaliter absoluteq; accepto, non factâ mentione absentiæ perfectionis in esse copulæ conjugalis vel introducendæ, vel introductæ, quæ tamen superveniente *Forma*, (tanquam secun- 28.
dâ causâ internâ, & quam hic per differentiam indigitatam volumus) ad eundem certum respectum restringitur. Sed rem per se dilucidam esse nemini non manifestum est, quapropter uberiori enodatione supersedere hâc vice, nec facem luci accendere meridianæ nobiscum decrevimus.

CA-

Caput Qvartum
COMPLECTITUR DISCURSUM GENERALEM DE IMPOTENTIA VERA ET FICTA.

Thes. I.

1. Peccatum Sodomiticum hominis cum bestiâ non pertinet ad impotentiam veram, sed fictam.
2. Mulier semicanem ex nefandâ hâc sodomiâ enitens.
3. Pœna hujus delicti ex Jure divino, canonico, Imperiali & Saxonico.
4. Bestia etiam in hoc crimine comburitur.
5. Emirchan in Kesker hoc peccato ex consilio medicorum sanitatem recuperare intendit.
6. Mitigatio observanda in puncto hoc sodomia attentata.
7. Sententia Scabinorum Lipsiensium.
8. Limitatur hoc: nisi malitia ad actum proximum pervenit.
9. Alii concubitus illiciti ex Damhoudero.

SEpositâ etiam contemplatione causarum ad *divisionem* impotentiæ accessum facimus: distingvitur autem illa *cùm in veram* & naturaliter ac reapse talem; *cùm in fictam* sive à legibus divinis atq; civilibus in subjectum per se habile introductam. Sed quò relaturi sumus mussitandum illud

illud peccatum, ut & ſcelus, quod ad cœlum clamat ac ſcire non proficit, *Benedict. Carpz. Prax. Crim. part. 2. q. 76. n. 2.* videlicet ſi quando vir cum bruto fœminei ſexus, aut mulier cum maſculo irrationali libidinem peragunt, *c. 4. mulier. 15. q. 1. Phocylid. Poëm. Monit. p. m. 26. ibiq; Vit. Amerbach. verb. (μηδ' ἀλόγοις. p. m. 108. Matth. Dreſſer. Iſagog. Hiſtor. part. 1. millenar. 2. p. m. 40. Jacob. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Jud. Quaeſt. cent. 3. c. 286. Petr. Theodoric. Colleg. Crimin. cap. 6. th. 5. Franciſc. Viv. L. 1. Opinion. Commun. verb. Sodomia?* Veræ ſanæ impotentiæ accenſendum haudquaquam putamus, quia vetitâ hâc commiſtione opus quoddam vivum producitur, tametſi monſtroſum, ſimul ac naturæ proceſſum ſi ſpectes, deforme. Teſtatur enim de muliere quâdam 2.
Koppen. Obſervat. 27. n. 3. ex Tiraquell. de LL. Connubior. lib. 9. n. 168. quæ à cane imprægnata ſemicanem, manibus videlicet pedibus & auriculis caninis, peperit. Fictæ igitur impotentiæ aſſociabimus, idq; magis ideò, quod habeamus certò compertum, inſurrexiſſe leges, armataque jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubderent hoc crimine infames. Morte namque puniuntur jure divino, 3.
Exod 27, 19. Levit. 18, 23. & 20, 15. maledictio eis imponitur, *Deuteronom. 27, 21.* item jure canonico mulier, quæ acceſſerit ad omne pecus, volueritque aſcendi ab eo, morte moriatur, *can. 4. mulier. 15. q. 1. c. ſcos. 23. q. 5.* & noſtris moribus, tàm in foro Imperiali, quàm Saxonico, igne combu- 4.
runtur unà cum beſtiâ, *Conſtit. Crimin. Carol. V. artic. 116. verb.* So ein Menſch mit einem Vieh. etc. *Vigel. cap. 6. crim. 11. Johann. Jacob. Speidel. in Notabilib. Jurid. Hiſtoric. verb.* Feuer. quod quondam quoq; Montiſpeſſuli factum refert *Conrad. Rittersh. ad Tit. Inſt. Si quadrup. Pauper. feciſſ. in*

fin. ubi mulus calcitrosus, cum quo homo coierat, præcisis quatuor pedibus unà cum malefico flammis immissus fuit. Rationem instituti hujus venustam suppeditant *cit. can. mulier. Bened. Carpz. Prax. Crim. part. 2. q. 76. n. 33.* credendũ esse, pecora inde jussa interfici, ut ne tali flagitio contaminata indignam refricent facti memoriam, *add. Conrad. Rittershus. l. c. Prosp. Farinac. Part. 5. Oper. Crimin. q. 147. n. 40. Joachim. à Beust. de Matrim. cap. 6. Anton. Gomez. in L. Tauri. 80. n. 35. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fornicatio. vers. cum animali. 27. p. m. 27. Matth. Coler. part. 1. decis. 187. in fin. Jodoc. Damhouder. prax. crim. cap. 98. pag. m. 290. Andr. Perneder.* Hals-Gerichts-Ordnung. *p. m. 9. Georg. Beat. sentent. definitiv. part. 5. tit. 38. cap. 10. n. 43. & 47. p. m. 856. Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. l. 2. c. 21. §. 11. ibiq. Heinric. Hennig. in not. p. m. 922.* quamvis occisionem pecorum in delictis, excepto unico hoc casu, nunquam sibi placuisse affirmet *Jul. Clar.*
5. *dict. libr. 5. §. fin. qu. 99. n. 8.* Nec obstat, quod quandoq; sanitas per hoc utique nefandum remedium intendatur: exemplum præbet Emírchan in Kesker, de quo scribit *Adam. Olear. part. 3.* Persianischer Reise-Beschreibung. *p. m. 481.* quod ex consilio medicorum ad evitandos distinctissimos & iterum iterumq; revertentes paroxísmos, omnium membrorum inutilitatem pariter ac contractionem secum trahentes usus fuerit cane fœminâ majore. Non enim, quamvis cum propriæ valetudinis jacturâ, facienda
6. mala sunt, ut ex iisdem bona eveniant Mitior interim pœna usu recepta est in conatu hoc sodomitico (utut eandem ob criminis enormitatem concedere nolint *Barbat. Cons. 64. n. 10. & seqq. Libr. 1. Nicol. Boër. Decis. 316. n. 5. Jodoc. Damhoud. cit. prax. crim. n. 16.* & in hâc facti contingentiâ quen-

quendam ad mortem per Curiam Burdegalensem damnatum fuisse dicat *Papo, Libr. 22. Arrest. 1. & ex hoc, Jul. Clar. d. §. fornicatio.*) qui utplurimum fustigatione expiatur, bestiâ manente salvâ; prouti responderunt Scabini Lipsienses apud *Carpz. cit. prax. crimin. p. 2. q. 76. num. 61. in verb.* Ob wohl der verhaffte N. bekandt und gestanden / daß er sich 7. vor zwey Jahren an einem Sontage mit seines Brudern schwartzen Mutter-Pferde im Stalle fleischlichen vermischet/ in dem er hinter das Pferdt auf die Schwelle getreten und mit demselben zugehalten. Dieweil er aber dennoch darneben ausgesaget/ daß er das Werck nicht vollbracht/ sondern von N. welcher darzu kommen/ darüber verstöret worden/ solches auch im Vorstellen des Scharff-Richters erhalten/etc. Als hat auch die ordentliche Todes-Straffe / so sonst auf die Sodomitische Verbrechung und Missethat / vermöge der Rechte/ verordnet/ gestalten Sachen nach nicht statt. Es wird aber gleichwohl der gefangene N. deßwegen öffentlich billich zur Staupen geschlagen/und des Landes ewig verwiesen/V.R.W. Nisi conatus ad actum proximum per- 8. venerit, ubi pœnam gladii adjudicarunt Scabini Jenenses Mens. Jul. Ann. 1613. testante *Petr. Theodoric. in Judic. Crimin Practic, cap. 6. aphorism. 5. n. 31. in verb.* Hat N. in der scharffen Frage gestanden und bekandt/ daß er vor ungefähr 12. Jahren/ damahls er 17. Jahr alt gewesen / sich mit einen andern seinen Gespanen voll gesoffen / hernacher in die Pferdt-Stallung/ darinnen auch ein jung Kalb gestanden / kommen/ sich über dasselbe hergemacht / Sodomitische Unzucht mit ihme getrieben/ er hätte aber solches/ weil ihme das Kalb zwey oder drey mahl entwischet/ sein Pudimentum, sal-

vo honore, nicht gar hinein/ noch das Werck allerdings vollbringen können/ doch sey ihme der Saamen entgangen/ ob er aber ins Kalb kommen/ könte er bey seinen Gewissen nicht sagen. Da nun mehrberührter Gefangener auf solchen seinen Bekäntnüß verharret / so wird er umb solcher getriebener Sodomie willen / Käyserlichen Rechten nach mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gerichtet / V. R. W.

9. Huc etiam locasse juvabit alias lascivas vitiositates, pœnâ utique ex mente multorum (quas nos quoque, si solius libidinis ergo suscipiantur, non improbamus) dignissimas, de quibus *Jodoc. Damhouder. l. c.* quatuor, inquit, bestiales concumbendi modos ponit *Albertus in quarto.* Primus quando mulier cognoscitur lateraliter ; secundus pejor, quando cognoscitur sedendo ; tertius pejor secundo, quando cognoscitur stando ; pessimus verò est quartus, quando cognoscitur veluti bestia tergotenus ; & quintus etiam inter præfatos similiter quarto pessimus ille est, quando mulier supergreditur virum, &c. Hæc Ille. *Add. Libell. Albert. Magn. de Secret. Mulier. cap. 6. p. m. 93.*

THES. II.

1. *Hermaphroditus quis propriè fuit?*
2. *Diversa Hermaphroditorum species.*
3. *Populi diversi Africa olim Hermaphroditi.*
4. *Opinio Platonis de Hermaphroditis; ejusq; refutatio.*
5. *Hermaphroditi inter Romanos quondam prodigiosi, enecati, aut deportati.*
6. *Quod hodienum observatur inter quosdam Africa populos.*
7. *Sequentibus temporibus à Romanis in deliciis habiti.*

8. Her-

8. *Hermaphroditi an potentes, an impotentes dicendi?*
9. *Hermaphroditi usum membri secundarii rectè abjurare coguntur.*
10. *Hermaphroditi ante omnia per artis medicæ peritos diligenter & ocularìter sunt inspiciendi.*
11. *Inspectionem si recusant, ad matrimonium non admittuntur.*
12. *Præjudicium ex Carpzovii Jurisprudentiâ Consistoriali.*
13. *Responsum Consistorii Misnensis ex Dedekenno.*
14. *Idem dicendum, si velit fungi officio Commissarii.*
15. *Hermaphroditus feudum omninò rectè accipit juxta Ludvvellum & Arumaum.*
16. *Quorum opinionem alii refutant: quæ quæstio relinquitur in medio.*
17. *Quid juris, si Hermaphroditus utroq; sexu æqualiter polleat?*
18. *Asseritur, eum utroq; salvâ conscientiâ uti posse.*
19. *Falsa est opinio contraria, statuens eum teneri alterum abjurare, alterum eligere, idq; sub pœnâ capitali.*
20. *Explicatur cap. 5 X. de Cleric. Conjug.*
21. *Respondetur ad l. Si plures. 9. ff. de Pact.*
22. *Hermaphrodito huic non molestum est duorum repræsentare personam.*
23. *Non dedecet eum uti duplici membro, cui natura abundantia duplex concessit.*
24. *Limitatio horũ omnium ex jure positivo & statutario.*
25. *Aliquando contingit, ut Hermaphroditus utroq; membro uti nequeat.*
26. *Quo casu matrimonio per totum ipsi interdicitur.*

SEd posito hoc atque confirmato satis, progressum facimus ulteriorem nunc ad Hermaphroditum,(qui pro-
1. priè Mercurii & Veneris filius fuit, *vid. cum Auson. Joh. Calvin. Lexic. h. v.* tametsi eundem ex filio Mercurii & Salmacide unâ Nympharum Najadum genitum pronunciet *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. lib. 7. cap. 2. num. 8. cum Ovid. Nason. Metamorph. Fab. 10.*) sive androgynon, eumque, qui de utroque sexu & virili, & fœmineo participat, *Gloss. in L. Quaeritur. ff. de Stat. Homin. Aristot. 4. de Generat. Animal. cap. 4. Par. lib. 24. cap. 4.* cujusmodi naturæ habitu Favorinus Philosophus fertur fuisse, *Joh.*
2. *Calvin. Lex. verb. cit. ex Philostrat. lib. 1. de Vit. Sophist.* Horum Hermaphroditorum quatuor recenset species *Ludov. Cal. Rhodigin. Lection. Antiquar. lib. 15. cap. 10. in fin. p. m. 792.* Scribit, innuens, Leonides eorum quatuor videri species, ac in hominibus quidem tres, in mulieribus unam: siquidem in viris quandoque in perinæo, id est cole, uti interpretatur Theodorus: quandoque verò in oscheі meditullio hirsutior se promit pudendi muliebris effigies. Tertius autem modus, quo ex oscheo velut pudendo urina profunditur. In mulieribus verò supra clitorium in ephebeo virilis membri posito comperitur. Nec testiculorum abest prominentia infra colem. Et duplex quidem genitale visitur in homine quandoque: in capris tamen præcipuè, quas etiam inde tragænas nuncupant, perinde ac hircænas dixeris. Cæterum populos extitis-
3. se Affricæ, quos Androgynes vocabant, dicit *Plin. Secund. Histor. Natural. lib. 7. c. 2. 3.* quinimò tales fuisse ab initio omnes homines, viros videlicet cum fœminis dorso conjunctos, postea divisos, hincque mutuum sexuum inter se amo-

amorem in repetendâ priori conjunctione promanasse meminit *Plat. in Sympos.* Attamen legerat forsitan Plato 4.
(verba sunt *Petr. Greg. Tholosan. lib. cit. 7. c. 9. n. 6. p. m. 144.*)
hominis creationem ex costâ Adami, quam, cum malè intellexisset, vel se legisse simulasset, lapsus est in eam fictam
conjunctionem, &c. *Hac Ille.* Hi autem semimares olim 5.
quam maximè prodigiosi juxtim & abominabiles fuerunt
apud Romanos, *Cæl. Rhodigin. l. c.* id quod attestantur exempla, quæ recenset *T. Liv. Patavin. Histor. de Bell. Macedonic. & Asiatic. lib. 1. cap. 12.* ubi infans, incertus masculus an fœmina esset, in Sabinis natus, alter sedecim jam annorum ambiguo item sexu inventus jussi sunt in mare ex templo deportari; sicuti proximè C. Claudio & M. Livio Coss. deportatus similis prodigii fœtus erat. Idem ad- 6.
huc inter quosdam Ethnicos usitatum esse constat; & attestatur novissimè *Wilhelm. Joh. Müller. in descript. Provinc. Afric. Fetu. part. 4. cap. 4. p. m. 184 Edit. Hamburg. Ann. 1673. in verb.* An Fetu hat eine Mohrinne gewohnet / welche zu fünff unterschiedenen mahlen einen Hermaphroditen zur Welt getragen / selbige sind aber alsobald aus den Wege gethan. Sequentibus temporibus apud Romanos in deli- 7.
ciis habiti sunt, prouti plura utriusq; generis exempla videri possunt in *cit. lib. 7. Plin. Secund. c. 3. 4. A. Gell. Noct. Attic. lib. 9. cap. 4. Paul. Cypr de Sponsal. lib. cap. 9. num. 46. Euseb. Pamphil. lib. 4. de Vit. Constantin.* qui affirmat Constantinum Imperatorem lege latâ Hermaphroditos vitâ tolli & aufferri constituisse, *jung. Petr. Gregor. Tholosan. l. c. num. 10. Jul. Obseqv. lib. de Prodig.* Cœterum ut ne hoc loco, 8.
quod instituti nostri fuit, omisisse videamur, necessitas ipsa ad quæstionem nos adstringit, an scilicet Hermaphroditi

diti' potentes, an verò impotentes judicandi sint? Nos omninò potentes eos pronunciamus ratione membri præ-
9. valentis, *Struv Syntagm.Jur.Civ.Ex.3. θ.2.* non observato altero, secundum quod minus validi sunt, utpote accidentario, cujus etiam usum rectissimè abjurare quandoque coguntur, *L. Quaritur.10.ff.de Stat.Homin.ibiq; Guilhelm. de Cun.& Alber.M.Anton.Blanc.de Compromiss.q.2.num.49. ad l.can.3.si testes.§.Hermaphroditus.IV.qu.3. L. Repetundarum.15.§.Hermaphroditus.l.de Testib.L.sed est.6. §. Hermaphroditus.2.ff.de Liber. & Posthum. Hæred. instituend. Hermann.Vultej.ad §.sed & illud.7. Instit. de Adoptionib. Baptist. d. S. Blas. Tract. de Arbitr. q.6.* & probare membrum, secundum quod potentes se affirmant, *Angel.in L. de quibus.col.3.ff.de Legib.Sanchez.de Matrim. lib.7.Disp. 106.n.1.* quoniam, si irrito utantur, graviter peccant, Sodomiæ peccatum, vel huic non dissimile committentes, *Paul.*
10. *Zach.Qq.Medic.Legal.lib.7.tit.1.q.8.n.32.p.m.557.* Quocirca totum hoc negotium, legibus sic jubentibus, peragitur per medium inspectionis, *Alphons. à Caranz. Tr. de Part.Legitim c.17 num.66.& seqq.& c.2.§.13.sect.1.n.160.*
11. *Rennemann.de Jur.Personar.Disp.1.θ.18.* quod, si recusant, planè ad matrimonium admittendi non sunt, *vid. Bened. Carpz.in Jurispr.Consist.lib.2.tit.1.defin.16.n.14.pag.m.28.* u-
12. bi ita rescriptum dicit Heinrico à Schonbeck in causâ Hermaphroditi pro fœminâ habiti, *in verb.* Wir haben euren eingeschickten Bericht/ in Sachen N. welcher als ein Mägdlein getaufft/und mit eines Häuselers Tochter daselbst sich verlobet/ auch umb die Proclamation und Copulation angesucht/ vorlesen hören/ begehren demnach an statt höchstgedachtes unseres gnädigsten Herrns/ihr wollet beyden Theilen/

len/ und ihren Eltern vor euch zu erscheinen auferlegen lassen/ ihre Gebrechen und grosse Gefahr absonderlich vorhalten / und Fleiß anwenden/ ob sie von ihren Vorhaben in Guten abzustehen sich erklaren möchten/ in Gegenfall aber klagendes Theil durch einen Medicum und Barbierer oder Bader/ auch da es nöthig/ eine Weh-Mutter nachmahls besichtigen lassen/ und uns/ wie es hierumb bewandt / eigendlich berichten/etc. Idem attestatur ex pronunciato Consistorii Mis- 13.
nensis *Georg. Dedekenn. vol. 3. Consil. Theolog. l. 2. sect. 1. p. m. 75. in verb.* Nach dem ihr in Sachen des Hermaphroditen N. so viel befunden/ daß er vor vorgehender Inspection und Erkundigung/ wie es seines Leibes halber beschaffen / zum Ehstande nicht kan zugelassen werden / welches wir ihme auch vermeldet/ er aber darinn sich zu begeben bedencken gehabt / und von seinen Vornehmen abzustehen sich erkläret / deßgleichen auch N. von ihrer Eh-Klage auf unsere Ermahnung abgestanden; Als ist an euch unser Begehren/ ihr wollet gute Achtung auf sie beyderseits haben/ daß sie sich ferner nicht zusammen halten/ der Hermaphroditus auch andere Weibes-Personen müssig gehen/ damit fernere Aergernüß abgeschaffet und verhütet werden/ do er aber nachmahls zur inspection auf seine Unkosten sich anbieten würde / so wollet ihr uns solches anhero wiederumb berichten/etc. Similiratione 14.
cum Hermaphrodito procedendum, si velit fungi officio commissarii, de quo *Rutger. Ruland. de Commissar. & Commissionib. Camer. Imper. part. 1. lib. 1. cap. 29. n. 5. a. cum Dauth. Tract. de Ultim. Volunt. tit. de Instit. n. 212. Anton. Goldbeck. de Success. Gerad. de secund. Ordin. Heinric. Kornmann. de Virginit. c. 133.* Feudum autem talismodi Hermaphroditos 15.

rectè accipere posse, sive masculinus sive fœmininus sexus, prævaleat, statuit *Wilhelm. Ludvvell. Synops. Feudal. cap. 6. ex Arum. Disp. Feud. 3. §. 33.* quia licet per se servitia bellica præstare non valeant, hoc tamen per alios efficere queunt, *arg. §. 1. per quos fiat investit. 2. F. 3.* adde quod omnia
16. feuda militaria non sint. Sed ab his dissentiunt, & Hermaphroditos, si magis in sexum fœmineum, quam masculinum calescant, à feudi perceptione arcendos, *arg. L. quæritur. 11. de Stat. Homin. ibiq; Bald.* censent *Georg. Schulz. Synops. Instit. ad Tit. de Success. cognator. Rubr. de Success. liberor. natural. & legitim. sim. lit. I. pag. m. 209. cum Ambr. Schur. de Hæreditat. quæ ab intestat. tit. 9. Mozz. in Tract. Feud. tit. de Substant. Feud. n. 94. Vultej. de Feud. lib. 1. cap. 9. num. 61. Rosenthal. de Feud. cap. 7. conclus. 28. lit. R. in Gloss. Gig. de Crimin. læs. Majest. lib. 3. qu. 16. Schrader. de Feud.*
17. *part. 7. cap. 5. num. 18.* quod dubium aliis relinquimus. Quid verò, si ejusmodi homo utroque membro æqualiter polleat, quod fieri posse arbitrantur *Heinric. Zas. ad Tit. X. de Frigid. num. 6. Paul. Zach. Qq. Medic. Legal. lib. 3. q. 9. tit. 1. n. 2. & Raup. Biblioth. Portat. Loc. de Conjug. cap. 5. q. 7. p. m. 241. ex Hier. Mont. Med. Theor. Lib. 1. cap. 6. Wolff. vol. 2. p. m. 510. Albert. Magn. Libell. de Secret. Mulier. cap. 6. p. m. 95. Joh. Calvin. Lexic. Jurid. verb. Androgynos.* exemplis quibus-
18. dam confirmant? Ad quæstionem hanc, quamvis multi, an ejusmodi Hermaphroditi existere queant, valde perplexentur, quos vide apud *Zach. Tract. cit. lib. 7. tit. 1. q. 8. n. 24. & seqq. p. m. 554.* pro temporis interim circumstantiâ respondemus, utroque eum naturaliter in actu conjugali uti posse, propterea, quod hoc legibus interdictum
19. nullibi inveniamus. Nec remoram faciunt contrariæ opi-

opinionis aſſeclæ ſtatuendo, eum debere vel maris vel fœminæ perſonam eligere, adhibitâ inſuper cautione juratoriâ, ſe alio, quam electo, genere uti non velle, *vid. Baſil. Ponc. de Matrim. lib. 7. cap. 65. num. 8 p. m. 384.* & *Ambroſ. Parej. Chirurg. lib. 24. cap. 4. i. f. m. 835.* qui hoc ſub pœnâ capitis, propter abſurdiſſimum peccantium factum, rectè introductum putat: at hæc protulerunt partim jure naturæ, partim textibus juris civilis deſtituti, ſine quibus loqui erubeſcimus, *Novell. 18. cap. 1. & 5. add. l. illam 19. C. de Collation. Hieron. Schurff. cent. 1. conſ. 32. num. 3.* Quod enim 20
attinet *cap. 5. X. de Cleric. Conjug.* longè alium & diverſum caſum illud continet, quoniam agit de clerico conjugato beneficiis Eccleſiaſticis privando ex eâ ratione, quia is magis cogitat quomodo placere poſſit uxori, & ideò minus, quæ Dei ſunt, cogitare valet; ab hoc verò argumentari non licet: Ergò Hermaphroditus utriusque ſexus officium æqualiter præſtare valens, neceſſariò ad unum tantum, ut ſe adſtringat, cogendus eſt. Porrò non refragatur nobis *L. ſi plures. 9. ff. de Pact.* ubi dicitur, difficile eſſe, ut unus homo duorum vicem ſuſtineat, *add. l. quisquis. 21.*
6. pr. C. de Poſtuland. l. nemo. pr. C. de Aſſeſſor. l. ille. 13. §. tempeſtivum. 4. ad SC. Trebellian. quoniam hæ omnes ſunt intelligendæ particulariter, idq; ob caſus quam plurimos, in quibus unus multorum vicem ſubire poteſt, *vid. l. emancipatum. 7. §. ſi quis. 2. de Senator. arg. l. ſi Conſul. 3. de Adopt. l. generaliter. 24. §. fin. de Fideicommiſſ. Libert.* Præterea 22.
infirma eſt allegatæ legis applicatio, præſentem noſtrum caſum ſi conſideramus, ubi Hermaphrodito, jam præſuppoſito, minimè difficile aut moleſtum eſt duorum repræſentare perſonam. Verum denique non eſt, modò uno, 23.

modò altero sexu uti indecens esse in eo, quem natura adeò validè ditavit, ut duplicis sexus functionibus, quod hîc subintelligitur, satisfacere queat. Aliud est, si alterum membrorum sit accidentarium, ita ut tantum incitamentum libidinis, non verò adjumentum & receptaculum veræ generationis secum ferat. Imo ipse *Ponce l.c.* sibi non constat, asserens, si Hermaphroditus viduus factus utatur alio sexu, & nubat ut fœmina, qui prius nupsit (duxit potius) ut vir, peccat quidem; at conjugium valet, cum sit corpus aptum, & nullum sit jus Ecclesiasticum, quo red-
24 datur inhabilis. Quod tamen hæc vel consuetudine, vel aliâ lege positivâ indecentia fieri possint, ambabus largi-
25 mur manibus. Contrario pacto evenire etiam potest, ut utrumque membrum in Hermaphrodito adeò exile reperiatur, ut neque ad agendum, neq; ad patiendum satisfaciat, quemadmodum hoc de fœminâ quâdam Æthiopicâ docet ex *Columb. lib. 5. Anat. Paul. Zach. Q. 7. Med. Leg.*
26 *lib. 3. tit. 1. q. fin. n. 3.* quod impedimentum, si vel omninò nullo modo, vel non nisi incisione cum manifesto vitæ discrimine aufferri possit, (de quâ *vid. cap. 7. §. 6. huj. Diss.*) facit personam per totum ad contrahendum ineptam.

Thes. III.

1. *Affines Hermaphroditis sunt personæ, quæ sexum mutarunt.*
2.3.4. *Exempla varia ex Livio, Gellio, Plinio, Piero, &c.*
5. *Pacheca mulier, vir factus mercatorq; apud Indos dives.*
6. *Fœmina Cajetana piscatori nupta masculus evasit, vitamq; monasticam elegit.*
7. *Aliæ relationes ex Pareja.*
8. *Sexus mutatio an faciat matrimonium rescindi?*
9. *Fœminæ in masculos mutatæ reverà omnes mares fuerunt.*

10. *Mas-*

10. *Masculos in fœminas mutatos nunquam fuit compertum.*
11. *Dissentiunt Huartes & Ausonius, qui rejiciuntur.*

Affines Hermaphroditis sunt personæ, quæ sexum mutarunt, quod contigisse legimus apud *Liv. l. 4. Secund. Bell. Punic.* qui Q. Fabio Maximo & M. Claudio Marcello Coss. virum ex muliere Spoleti factum tradit. Hoc confirmat cum *A. Gell. Noct. Attic. lib. 9. cap. 4. p. m. 280. Michaël Babst. in* Artzney-und Wunder-Buch, *part. 1. pag. m. 129. jung. Greg. Rolbag. in cert. masc: fœm. in ac. viril. c. 81. Matth. Quad. in memorab. mund. p. 1. p. m. 46.* Imò *Plin. Secund. Natural. Histor. lib. 7. cap. 4.* ex fœminis, inquit, mutari in mares non est fabulosum: invenimus in annalibus Q. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. C. Asinii puerum factum ex virgine sub parentibus, jussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit, visum esse à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset; nupsisse etiam; mox barbam & virilitatem provenisse uxoremque duxisse: ejusdem sortis & Smyrnæ puerum à se visum. Ipse in Africâ vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossicium, civem Thysdritanum, vivebatque qvum proderem hæc, &c. Hactenus Ille. *add. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. lib. 7. cap. 2. num. 10. Marcell. Donat. de medic. hist. mirab. lib. 6. Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap. 116. Johann. Pontan. de Reb. cœlest. lib. 10. cap. 5. Joh. Benedict. in Tr. de furt. §. animo lucrandi. num. 207.* Plura ad fidem historicam conducentia profert *Vier. de Præstig. Dæmon. lib. 4. cap. 24. p. m. 474.* in verbis: *Hippocrates lib. 6. Epidem. part. 8. aph. 45.* scribit, Phaëtusæ cuipiam Phytei uxori corpus virile & in universum hirsutum & pilosum fuisse redditum, barbamq; eam emisisse, vocem item aspe-

1.
2.
3.
4.

 ram

ram fuiſſe effectam: quod ipſum etiam Namyſiæ Gorgyppi uxori in Thaſo eveniſſe ſubjungit. Ut autem huic naturæ miraculo firmior detur fides, quid ætate noſtrâ contigerit Neapoli regnante Ferdinando primo audi Ludovicus Guarna Salernitanus civis quinque habuit filias, quarum natu majoribus duabus, alteri Franciſcæ, alteri Carolæ nomen erat: quibus poſtea, quam ad quintum decimum pervenerunt annum, in marium morem virilia erupere membra, mutatoque habitu pro maribus ſunt habiti, Franciſcus & Carolus nuncupati. Item Ebuli, ſub eodem Rege, puellæ, quæ jam per quatuor annos viro promiſſa ſponſæ nomen habuerat, quâ nocte primùm viro tradita cum eo concubuit, genitalia membra prodierunt, domumque reverſa in judicio dotem repopoſcit, in virorum numero poſtea habitâ. Idē enarrant *Baptiſt. Fulgoſ. in libr. rer. memorab. 1. cap. 6. Ott. Meland. Joco ſer. part. 3. n. 88. & 89. p. m. 80.* Præterea *Amat. Luſitan. cent. 2. conſult. curat. 39.* & ex hoc *Ambroſ. Parej. Chirurg. l. 24. cap. 5. p. m. 836.* conſcribunt hiſtoriam ejusdem argumenti ſequentibus: In oppido Eſguerra (Eſgucina) no-
5. vem Leucis à Conymbrica, nobili apud Luſitanos civitate, puella nobilis erat, cui nomen Maria Pacheca (Pateca) quæ cum ad ætatem perveniſſet, in quâ mulieres primùm menſtrua emittere ſolent, vice menſium priapum usque ad id tempus intus latentem extra ejecit. Et ſic ex fœminâ factus eſt maſculus: & virili togâ indutus ac ſacrâ aquâ aſperſus Emanuel fuit vocatus. Qui ad Indos perveniens & dives ac clarus factus poſtea ad ſuos rediit & uxorem duxit. Sed an liberos genuerit, non ſatis compertum habemus. Conſcii tamen ſumus, imberbem hunc ſem-

ſemper manſiſſe. &c. Recenſet itidem *Johann. Pontan. l. c.* & ex hoc *Kornmann. l. c. p. m. 253.* ſe vidiſſe & perquam cognitum habuiſſe etiam ab eruditis viris ea, quæ proponimus: Cajetana mulier viro piſcatori nupta, cum quo an- 6.
nos complures Veneris res miſcuerat, ut Antonius Panhormita piſcatoris amicus referre adoleſcentibus ſolitus eſt, poſt quartum decimum annum è muliere in virum tranſiit, exorto repentè pene virili in muliebris naturæ loco. Quo facto, quod conditionis perpuderet ſuæ, ut qui à viris pariter mulieribusque videretur, è civili vitâ ad vitæ genus religioſum tranſiit, vixitque in monaſterio, in quo ipſe eum novit, vitæ ſuæ reliqvum, ſepultusq; Romæ in Mariæ ad Minervam templo. Aliud exemplum Idem *Pontanus* ſubjicit de Æmiliâ mutatâ in virum, & addit: Hos naturæ cœleſtiumq; agitationum effectus mirari magis poſſumus, quàm quomodo fiant, eorum rationem ſingillatim reddere. Audiamus inſuper ipſum *Ambroſium Parajum* chirurgum omninò celebrem: nu- 7.
perrimè, dicit Ille *l. c. p. m. 836. & ſeq.* enumerabat mihi Antonius Loqueneus ſe Anno 1560. Rhemis in diverſorio, à cygno cognominato, vidiſſe virum, qui usque ad quartum decimum annum fœmina judicatus, in fine ejusdem anni cum ancillâ uno in lecto recubans, atque laſciviens, latens virile membrum protruſit: quod compertum habentes parentes clero indicarunt, inſimulque ut ſepoſito veſtitu muliebri habitum virum decentem impoſterum geſtare poſſet, impetrarunt, mutato præterea nomine Johannæ in Johannis. Cum ante paucos ab hinc annos Regi Carolo Nono eſſem à ſervitiis, atq; propterea cum ejusdem Majeſtate iter ſuſcipere neceſſitarer, fortè fortuna

na Germanus mihi oſtendebatur, quem quidem Mariam Germanam appellitabant, mediocris ſtaturæ, quadrati corporis, rubræq; & ſatis piloſæ barbæ. Hic per quatuordecim ab infantiâ annos ſe fœminam eſſe ſibimetipſi perſvaſum habens, veſtibus mulicbribus indutus muliebres labores expedivit. Anno demum 15. ætatis, qvum ſuum parentum ſuorum cuſtodiam ageret, ac eosdem ſata vaſtantes celerius abigere, idq; propter impetuoſo ſaltu foſſam ſuperare conaretur, ecce vincula pudendorum diſrumpebant quaſi, & diu hucusque intra corpus deliteſcens penis ſubitò, quanquam non ſine exquiſito dolore, exitum naturalem quærebat. Ille domum reverſus ſtatim matri multis cum lacrumis inteſtinorum ſuorum è ventriculo dependentium jacturam oſtendit, quæ, uti probabile, ſatis perterrita medicis atque chirurgis conditionē filiæ ſuæ (ſic enim putabat) aperuit, pariter ac ab iis edocta, filiam in filium commutatam, ex permiſſu Cardinalis & Epiſcopi Lenuncurii veſtem & nomen virile eidem impetravit. His ſubjungendus *Joh. Bodin. Dæmonoman. lib. 2, cap. 6, pag. m. 194.* qui hujus rei exempla octo ſuis commentariis in Oppianum poëtam Græcum de venatione annotavit. De hiſce igitur allegatis perſonis quæſtio

8. hâc vice formatur: an poſſint pro mutatione ſexus, veluti impoſterum negativè impotentes, matrimonium contractum rurſus diſſolvere? Reſpondetur quod maximè: ratio eſt, quoniam mutantur eſſentialia conjugii, quibus ſublatis omninò illud reſcindendum, tollendum & annihi-

9. landum eſt, *arg. t. t. de Rit. Nupt.* Quamvis adhuc cum *Johann. Bodin. Vier. Parej. Ill. cc. Guerner. Rolfinc. lib. alleg. c. 3.* & qui ab eodem citatur, *Cardan. de Var. Rer. lib. 8. cap. 43.*

con-

confiteri necessum habeamus, mutationem sexus fœminei
in virilem à multis pro apparenter verâ, verè tamen fabulosâ
haberi; quia masculi omnes fuerunt, qui fœminæ
judicati sunt, ac in viros mutati recensentur. Et licet aliquam
fissuram habuerint, quâ membrum virile intromitti
potuit, uterum interim non gessisse, sed genitalia mascula,
quæ latuerunt, post vel naturæ conatu prodiisse, vel accedente
motu quodam violentiore, *add. Severin. Pin. Carnutens. in Tr. de Not. Virgin. problem. 2. p. m. 56.* qui itidem
planè non credit sexus mutationem, seu filiæ in filium conversionem.
Masculos tamen in fœminas transiisse, nun- 10.
quam compertum fuit, etiamsi *Huartes in Exam. ing. c. 15.*
hoc, tanquam verum & satis probabile, tradat, quem citat 11.
ac multis refutat *Scip. Mercur. Commar. p. 2. c. 35. pag. m. 527.*
Non enim sequitur, quod, quia virorum penis & mulierum
matrix in omnibus & singulis plenè & undiquaque
conveniunt, facile sit, ex viro mulierem, & vice versa,
fieri: ita ut si quando natura ex viro intendat facere mulierem,
pluribus, quam retractione penis virilis, opus
non habeat. Plura siquidem adhuc desiderantur, quæ ex
professo prosequitur *Mercur. l. c.* Eadem cum *Huarte* vestigia
legit *Ausonius*, quem allegat *Vier. l. c.* qui duorum
exemplorum autoritate tueri conatus fuit conversionis
hujus oppositionem, quem tamen cum suâ inani assertione
ventis committimus, credentes fortean eum secutum
poëtas fabulosos, qui finxerunt Tiresiam vatem Thebanum,
cum coëuntes angues baculo percussisset, mutatum
in fœminam fuisse, postq; annos undecim, iterum
cæsis à se angvibus, virilem naturam recepisse. Fusius
prosequuntur, pluribusq; Autoribus hoc confirmant

Martin.Delr.Disquisit.Magic.lib.2.qu.22.p.m. 201. & seqq. Heinr.Kornmann.de Jur.Virgin.cap.cit.116.Johann. Riolan. Anat.cap.22.Sabellic.de Ostent.lib.9.cap.8.

CAPUT QVINTUM PERSEQVITUR DEFINITIONEM IMPOTENTIÆ VERÆ.

THES. I.

1.Quid sit Impotentia vera.
2.Copula carnalis an ad esse matrimonii pertineat?
3.Potentia coëundi ab utraq; parte omninò ad contractum conjugalem requiritur.
4.Consensus semper debet præsupponere subjectum habile.
5.Non est verum matrimonium, quod potens cum impotente parte contraxit scienter.
6.Impotentem ducens scienter, & postmodum cum potente se commiscens, huic adhærere tenetur.
7.Impotentem tamen hoc in passu alere obstrictus est.

1. DEscribimus Impotentiam conjugalem veram, quod sit coëundi defectus tàm in maris, quàm foeminæ corpore latens, quo conjuges impediuntur invicem carnaliter commisceri. Cum quâ conspirat illa *Daniel. Venator. in Analys. Jur. Pontific. ad tit. X. de Frigid.* quod sit vitium naturâ ipsâ novercante, vel ex accidente contractum, quo quis in procreandi munere, vel alteri carnaliter,

ter commisceri, impeditur, *arg.c.ex literis.X.h.t.add.Brunell.de Sponsalib.& Matrim.concl. 28. n. 2. Paul. Zach. Qq. Medic. Legal. lib. 3. t. 1. q. 1. num. 6. Sannazar. de Matrim. cap. 3. art. 4. num. 6. Heinric. Cardinal. Hostiens. in summ. ad tit. X. de Frigid. §. 1. num. 1.* & *Nicol. Hemming. de Divort. p. m. 175.* quod sit inhabilitas corporum ad usum conjugii. Multi 2.
tamen hoc loco assertionibus nostris ruinam adstruere conantur, dum copulam carnalem de essentiâ matrimonii non esse, quin potius, cum consensus, non concubitus nuptias perficiat, *arg. L. 30. de Reg. Jur. L. Cui fuerit. 17. de Condit. Instit.* accidentium more citra læsionem essentiæ adesse vel abesse posse clamitant. Ast nos rem salvam adopinamur, distinguentes cum *Thom. de Vio Cajetan. in add. ad part. 3. q. 58. artic. 1. n. 40. p. m. 534.* inter copulæ carnalis actum & potentiam: Illum de matrimonii substantiâ esse cuilibet ipsi pernegamus; Sed hanc certissimè requiri 3.
constanter firmamus, *Johann. Paul. Lancellot. Instit. Jur. Canon. Lib. 2. tit. 9. vers. Et meritò, Navarr. lib. 4. consil. 30. n. 4. de Sponsalib. & consil. 3. n. 7. & seqq. lib. eod.* & si illa abfuerit, errorem circa substantialia intercessisse dicimus, *arg. c. 1. X. de Frigid. l. fin. C. de Sponsalib. Johann. Gerhard. Tom. VII. Loc. Theolog. de Conjug. num. 658. Eberhard. Bronchorst. Miscell. Controvers. centur. 1. assert. 98. p. m. 140. object. 2. Abb. Panormitan. in cap. de illis. X. de Desponsat. Impub. Barbos. in Collect. Doct. lib. 4. tit. 5. cap. 1. num. 4. & cap. 2. num. 2. Tom. 2.*
Debet enim consensus semper ita formatus esse, ut præsup- 4.
ponat subjectum habile, quod eundem suscipiat, atq; *arg. L. Liberorum. 220. §. præter. 3. de Verb. Signif.* animum & votum procreandi liberos simul includat, *Rainald. Conf. Indagat. Jur. lib. 1. cap. 19. n. 1. p. m. 436. Arum. Exerc. Justin. 2. q. 7.*

Hanon, ad l. 30. de Reg. Jur. D. 6. quoniam matrimonium sponsione initiatur, consensu ratificatur & copulâ confirmatur, *Cyriac. Lentul. part. 1. de Jur. Bell. & Pac. cap. 17. p. m. 173. Paul. Cypr. de Sponsalib. cap. 9. num. 42. p. m. 325.* hinc ille sequitur essentiam copulæ, ac primum est causa secundi, atq; ex secundo (verba sunt *Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 29. th. 20.*) primum infertur; cum ratione quoq; naturali constet, sine vinculo indissolubili
5. non licere copulam. Eodem fundamento moti consortium illud, quod potens cum impotente contraxit scienter, verum matrimoniũ vocare non possumus, *Dn. Struv. l. c. Nicol. de Tudesch. Abb. Panormitan. ad cap. 4. consultationi. X. de Frigid & Malefic. Didac. Covarruv. h. t. q. 7.* nimirum propter causæ institutionis absentiam pariter ac materiæ inhabilitatem tantam, ut solus consensus nihil
6. possit ac valeat: quare, si cum aliâ quadam potente se commiscuerit, illi adhærere tenetur, *Chrysost. Dornsperg. Tract. de Except. caus. criminal. in pandect. adulter. part. 1. sect. 3. cap. 7. num. 140.* quemadmodum etiam impubes, qui alias, donec ad maturiorem pariter & firmiorem ætatis statum perveniat, expectare obligatus est, *cap. 9. de illis. X. de*
7. *Desponsat. Impuber.* quamvis uterque priorem conjugem impotentem, cum quâ scienter contraxit, ut sororem tenere & alere debeat, *Innocent. Panormitan. Hostiens. ad cap. 4. consultationi. Heinric. de Boich. ad cap. 6. fraternitatis. X. de Frigid. & Maleficiat. n. 6. p. m. 29. a. Ludolph. Schrad. ad Tit. Instit. de Nupt. n. 106. p. m. 370.*

THES.

Thes. II.

1. Diabolus an potens vel impotens dicendus?
2. Sodomia sagarum cum Satana commissa.
3. Negatur hac à quamplurimis.
4. Monstrosi partus, vulgò die Elben/ *ex hoc nefando cum diabolo coitu producti.*
5. Bernas & Pinnetus succubis diabolis usi.
6. Diabolus incubus apud mercatoris uxorem ex Viero.
7. Moniales sub formâ canis cum Diabolo congredientes.
8. Abbatissa Magdalena Cruceja incubum admisit.
9. Succuba in Concilio Constantiensi inter meretrices se prostituens.
10.11.12. *Horrendi cum hoc immundo spiritu coitus.*
13 *Quæ causa, quod Dæmones se incubos vel succubas faciant?*
14. Diabolus impotens est negativè, semenq; humanum, quod adhibet, suffuratur.
15. Sententia confirmatoria Scipion. Mercur.
16. Ratio dubitandi desumta ab evaporatione seminis.
17. Duplici responsione diluitur.
18. Diabolus an in congressu oblectetur sensualiter?
19. Si fortè infans ex hoc concubitu nascatur, soli homini, non diabolo, est adscribendus.
20. Infans facie diabolicâ natus.
21. Deus æq; ad animam hujus infantis concurrit, atque hoc facit in aliis congressibus humanis.
22. An diabolus possit producere Vagiones sive Wechselbälge?
23. Varia horum species ex Sprengero.

24. *Figmentum de Melusinâ succubâ partus edente.*
25. *Vagiones per vim diaboli assistentem, non insitam atque innatam, producuntur.*
26. *Hunnorum origo, natales Regis Gothorum, populatio Insulæ Cypri incubis adscribuntur.*
27. *Fabula de Servio Tullio, Rege Romanorum sexto, & Merlino Vate Anglo.*
28. *Lutheri natales quidam scelesti inter Pontificios mendaces incubo adscribunt.*
29. *Quos ex professo mendacii convincit Vierus.*
30. *Gigantum origo an diabolo adscribenda?*
31. *Unde Diaboli assumtum corpus conficiatur?*
32. *An Diabolus herbis naturaliter possit pelli? ubi historia ex Scip. Mercur. Germ.*
33. *Judicia de his variorum, ad quos quæstionis resolutio remittitur.*
34. *Propter Sodomiam cum diabolo matrimonium rescinditur.*
35. *Sententia Scabinorum Lipsiensium.*
36. *Jure Carolino & Saxonico pœna ignis diabolicos hosce Sodomitas manet.*

1. PArum quoque exemtile quæsitum est, quod de Diabolo, communis nostri nominis hoste, subinde movetur, *vid. Paul. Grilland. q. 7. num. 8. & 9.* videlicet an ille secundùm traditam definitionem nostram potens, an verò im-
2. potens judicandus sit? Cuique enim exploratissimam esse conjecturo spurcitiem dictu fœdissimam detestabilemque (quamvis *Nicol. de Remig. in Dæmonolatr. & Petr.*
3. *Boysteau libr. de Histor. prodigios.* notante *Heinric. Kornmann.*

mann.de Jur.Virgin cap.35. atque *Francisc.de Ponzinib.Tr. de Lam.* refutatus *à Bartholom.de Spina Apolog.3.cap.2.p.m. 308.* similiter *Godelman.de Lam.lib.3.cap.11.num.32. & seqq. Richard.Conf.112.Vier.de Praestig.Daemon.lib.3. Herman.Gabausen.Peric.Academic.5.part.3.quaest.28.* qui tamen seipsum ingenuè rursus corrigit in *Decis. trium QQ. Usufreqv.quaest.3.* eandem negare atque inter impossibilia referre a deant) quam malè sana maleficorum juxta ac sagarum caterva cum hoc immundo spiritu peragunt, *Innocent.IIX.in c.summis de Malefic. & Incant. in VII. Ulric. Molitor.de Pythonic.Mulierib.Dialog. cap.5.p. m. 46. & seqq.Martin.Delrio Disquisit.Magicar.libr.5.sect.17.p. m. 760.item libr.5.c.2.sect.3.quaest.3.p.m.983. Joh. Zanger.Tract. de Quaestion.cap.2.num.194.p.m.825.Ludovic.Gilhausen.arbor.judiciar. crimin.cap.2.tit.17.de Mag.& Venefic.p.m.75. & seq.* Simul & ex quâ saepenumerò deformes & horridi 4.
partus, vulgò die Elben oder gute Kinder editi prognatiq; sunt. Mentionem ejus facit *Autor.Hist.Magic.de Spectr. libr.1.num.3.ex Hect.Boeth. libr.8.Histor.Scot.* in medium adducendo foeminam, quae ex nefandâ hâc commistione monstrum undiquaque horrendum enixa fuit. Consi- 5.
mili ratione recitat *Cardan.de Variet. Rer. libr. 15. cap. 80.* Benedictum Berr am, sacerdotem ex his, quos presbyteros vocant, atque Pinnetum (quorum hic annorum octoginta, ille septuaginta quinque) venereas voluptates per quadraginta annos cum Satana sub mulierculae (quam illa Hermelinam, hic verò Florinam appellitabant) simulata specie exercuisse; conferantur *Thom.à Vio Cajetan. in 2.2.q.99.art.3.Augustin.de Civit.Dei,libr.3.c.5.& libr.15.c. 22.Philipp.Camerar.Oper.succisiv.cent.1.cap.70.p.m.325.Benzes, in*

zo, in histor. nov. orb. lib. 3. cap. 16. Martin. Luther. in Convival. Benedict. Carpz. Prax. Crimin. Part. 1. quæst. 50. num. 19.
6. *& seqq.* item *Wier. de Præstig. Dæmon. lib. 2. cap. 44.* ubi de
7. mercatoris uxore, *lib. 6. cap. 6.* ubi de Magdalenâ Cruceiâ,
8. Abbatissâ Hispanicâ, incubo sese spurcissimè oblectante, & *lib. 3. cap. 9. & seqq.* ubi de monialibus quibusdam sub formâ canis cum hâc damnatâ bestiâ congredientibus plu-
9. rima enumerat. De succubâ in Concilio Constantiensi se inter alias meretrices prostituente legatur *Johann. Nider. Formicar. de Malefic. Decept. cap. 9.* ubi etiam mirabilia de hâc materiâ legere cupientem ablegat ad *Guilielmi lib. ult. de Universo. & Thom. Brabant. in. libr. de Universo, qui aliàs inscribitur de Apibus*, quos hactenus nobis inspicere non licuit. In tantam siquidem amentiam elevavit sese libidinosa mortalitatis protervia, ut, quod cogitatu nefandissimum est, *P. Bartholom. de Spina Ordin. Prædicat. Sacr. Palat. Apostolic. Magist. Quæst. de Strig. cap. 6. p. m. 175.*
10 dicat, se audivisse quendam, qui in confessione Ecclesiæ factâ non tantum se cum Diabolo rem habuisse; Sed etiam (perhorresco referens) cum Deo ipso, si possibile fuisset, talia opera perficere optasse asseruit. Sic etiam, monente *Ulric. Molitor Dialog. de Lam. & Mulierib. Python.*
11. legitur in historiâ S. Bernhardi, quod dæmon sive incubus pluribꝰ annis cum quadam muliere dormiverit, etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente, attamen hoc nefas ignorante. Parilem fermè narrationem tra-
12. dit *Hermann. Gœhausen. dict. Decis. Trium QQ. q. 3. p. m. 65.* de veneficâ confitente, diabolum, postquam primo die nuptiarum cum novo marito consuevisset, alterâ nocte cum se fuisse congressum adeò potenter, ut nullam dehinc

cum

cum proprio marito coëundi voluptatem habuerit. Causa autem, quare dæmones se incubos vel succubas faciant, 13.
esse videtur, ut per luxuriæ vitium hominis utriusque sexus naturam lædant, corporis videlicet & animæ, quâ in læsione ut plurimum delectari videntur, *add. Johann. Nider. l. c. p. m. 519. Jacob. Sprenger. Mall. Malefic. part. 1. quaest. 3. p. m. 36.* Quid ergo; potentem faciamus spiritum, an impotentem? Et impotentem negativè. Confirmat assertionem nostram, quod improbissimus hic insidiator succubam agendo semen humanum suffuretur, & tanquam incubus iterum adhibeat ac applicet (etiamsi hoc ratione effectus vitalis neget *Ulric. Molitor. l. c. cap. 10. p. m. 67.*) non secus, ac si uxor cum naturali marito rem haberet, *vid. Johann. Nider. l. c. cap. 10. & La Commare del Scipion. Mercur. Germanic. edit. à Gottfrid.* Welsch. *part. 2. cap. 38. Rubr.* Ob auch/ vieler Meinung nach / der böse Feind mit den Menschen könne Kinder zeugen? *p. m. 549. in verb.* So bleibets wohl darbey/ daß ein böser Geist/ dieweil er / dem Wesen nach/ den Engeln gleich ist / nicht aus seiner eigenen Krafft / 14.
sondern vermittelst der menschlichen Natur / zeugen kan / in 15.
dem er sich bald zu einen Incubo, bald zu einen Succubo oder Alp/ so von den gemeinen Mann Sylvani oder Fauni genennet werden/ zu machen pfleget. Denn wann der böse Geist dergleichen Actum vornehmen wil/ so ists von nöthen/ daß er zuvor den Cörper und die Gestalt einer verstorbenen Fraue / oder ein ander Gespenst an sich nehme/ und stelle/ und beqveme sich nach den Willen seines Beyschlaffers / einer andern losen Vettel gleich/ nehme den Saamen zu sich / oder sehe sonst/ wo er ihn bekomme/ und verwahre denselben / welches ihme denn gar leicht ist; So kan er auch den Leib gar leicht

bewegen/ dieweil ein Geist oder ein Geistlich Wesen absolut, und vollständige Gewalt hat über das / was leiblich ist; Wie auch den Gestanck von dem todten Cörper mit guten Geruch und wohlriechenden Sachen leichtlich temperiren; Und wenn er dieses verrichtet/ so kan er auch hingegen einen todten Cörper eines Mannes/ und Männliche Gestalt / oder sonst ein Gespenst an sich nehmen; und den Saamen/ so er in Gestalt einer Vettel von einen Menschen / den er betrogen / zu sich genommen/ einem Weibes-Bilde / die sich von ihm betriegen und beschlaffen lässet / in die Mutter bringen; Und also/ und auf diese Weise/ nicht aber von sich selbst / beyschlaf-
16. fen und Kinder zeugen. Nec obest, si dicatur, quod semen non habeat virtutem generandi, nisi quamdiu calor animæ in eo retineatur, quem tamen exhalare necessum
17. est per magnam distantiam delatam. Respondemus enim *primò* cum *Jacob. Sprenger. l. c.* dæmones posse aliquid reponere ad conservationem seminis, ne calor naturalis evaporet: *Secundò* ideò non poterit semen tàm faciliter evaporare, quia velocissimè dæmones moventur, prout
18. natura eorum ac experientia cuiq; attestantur. Hoc tamen minimè concedendum arbitramur, quod quidam asserunt, diabolos nimirum oblectari in hoc congressu sensualiter, refutati ob id *à Bartholom. de Spin. Quæst. de Strig. cap. 16. p. m. 205.* quoniam, cum sint spirituales creaturæ, sensitivas voluptates non magis admittunt, quam lapides. Sicut namq; (verba sunt *Barth olom. de Spin. l. c.*) lapides, ita & angeli sensibus carent, quorum objecta sunt illa oblectamenta, & consequenter videntur etiam ab eorundem spirituum voluntate aliena: licet in corporibus assumptis possint opera motusque tales exercere & quasi vita-

vitales perficere, inque illis collectualiter, non autem sen-
sualiter oblectari, propter animarum perniciem; eorum
inquam, qui tale cum iis habent fœdissimum commer-
cium. &c. Hactenus *Ille.* Hinc etiam de facili unicuiq; 19.
liquet, quid statuendum sit de infante, qui ex hoc coitu
nefando producitur: Dicimus enim illum nequaquam
esse aut nominari posse filium dæmonis, sed hominis, cu-
jus sperma callidissimus impostor hic surripuit, *vid. Jo-
doc. Dauhouder. Prax. Crimin. cap. 98. n 34 p. m. 293. ex Paul.
Grilland. de Sortileg. lib. 2. num. 13. Thom. in 2. d. 8. art. 4. & in
Summ. p. 1. q. 51. art. 2. Francisc. Vales. in Libell. de Sacr. Philos.
cap. 8. Johann. Nider. Formicar. de Malef Decept. cap. 10. p. m.
522. Jacob. Sprenger. & Heinric. Institor. Inquisit. Maleficar.
Mall. p. 1. q. 3. p. m. 34. Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap.
35. Goscalc. Hollen. Serm in 6. Precept. Decalog. Sylvest. verb.
matrimonium. 8. num. 15. §. 2.* Siquidem non sequitur, quod 20
cum aliquando mulier infantem Satanæ facie similem e-
nixa fuerit, *vid. Godofred. Schulz. in Chronic. p. m. 623.* hoc
statim dici potuerit opus diaboli: quia illud factum reor
fortè ex imaginatione, ubi personatus aliquando maritus
cum eâ concumberet; adde quod ejuscemodi objectorum
solida impressio apud mulieres præsertim gravidas sæpis-
simè plurimum efficere valeat, *Martin. Delrio, Disquisit.
Magic. cap. 2. quæst. 3. p. m. 18. ex Hieron. Torquemad. Histor.
Flor.* Præterea Deus æque ad animam hujusmodi infantis 21.
concurrit, atque hoc facit in partu ex incestu vel adulterio
edito, qvum Dæmon duntaxat tanquam instrumentum
semen addat hominis aliunde sublatum. Hunc tamen ef-
fectum minimè tribuimus diabolo succubam agenti, qua-
si ille possit partum vitalem edere, adeoque Campsores si-

22. ve Vagiones, vulgò Wechſelbälg:/ producere. Nam horum *Jacob. Sprenger ſæp. cit. Mall. Maleficar. 2. part. 2. qu. 1.*
23. *cap. 7. p. m. 317.* triplex genus conſtituit, quoniam aliqui ſint ſemper macilenti & ejulantes, cum tamen quatuor mulieres nullâ ubertate lactis unam lactare ſufficerent; aliqui alio modo à ſuccubis progeniti; aliqui quoq; parvulorum ſpecie apparentes veri dæmones ſunt nutricibus
24. ſe conjungentes. In ſimili fermè caſu fabulantur de quâdam Meluſinâ ſuccubâ, quæ cuidam Comiti adhæſiſſe dicitur, pluresq; filios enixa fuit: at unusquisque horum aliquid prodigii in membris habuit; alius namque tres oculos, alius dentes aprinos, alius aliam quandam deformitatem contraxit, *vid. Ulric. Molitor. de Mulierib. Pythonic.*
25. *cap. 6. p. m. 47.* Sed hæcce ſubjecta, uti monitum, per vim Diaboli aſſiſtentem, non inſitam atque increatam procreantur. Siquidem in iſtâ generatione ſoli viro omnis conatus effectivè adſcribendus eſt, qui cum ad ſubjectum capax non determinetur, omninò citra fructum naturaliter permanet; quemadmodum hoc etiam procedit in incubo per ſe conſiderato: generare quippe actio & operatio vitæ; vita autem vis eſt corpori animæque ſimul propria ac competens. Jam verò Angelus corpore deſtituitur: ergo actuum atque operationum, quæ à corpore ejusque membris proveniunt, parti-
26. ceps eſſe nequit, *Thom. p. 1. q. 51. artic. 2.* quamvis quidam truculentam Hunnorum originem eidem acceptam ferant; & Gothorum Regis natales nobili & ſpiritui incubo urſi formam gerenti tribuant; item Inſulam Cypri totam populatam eſſe & inhabitatam à filiis incuborum prædicent. His adjungendus venit (*a*) Servius Tullius, Tar-

quí-

quinii Prisci Successor, quem credunt natum ex pudendo 27
masculino, quod, sub foco visum ex cinere conflatum, in domo Tarquinii ancillam Tanaquillæ Reginæ olim impraegnasse credebatur, *Scip. Mercur. l. c. cum Plin. Hist. Natur. l. 37. c. 17.* (3) Merlinus, vates Anglus, cujus mater adducta ad Regem Vortigernum simile quid confessa est, *Naucler. vol. 2. Gen. 15. Vincent. in Spec. Histor. lib. 21. c. 30. add. Stroz. Cicogn. in Theatr. Univers. Natur. seu Mag. omnif. ar. l. 3. cap. 3. Ex Scot. in 2 sentent. d. 7. q. 1.* Quemadmodum (γ) scelesti quidam mendaces, præsertim inter Pontificios, 28
beatum Germaniæ Doctorem Martinum Lutherum hâc ratione conceptum fuisse falsissimè adstruxerunt, veluti *Geneb. lib. 4. Chronic. ex Anan. lib. 4. de Natur. Dæmon. add. Andr. Victorell. in Not. ad Francisc. Tolet. Summ. Cas. Conscient. lib. 8 cap. [illegible] p. m. 708.* Historiam hujus commenti fusius enarrat & refutat *Johann. Wier. de Præstig. Dæmon. lib. 3. cap. 23. per tot. p. m. 338.*) In æstate (inquiens) anni sexagesimi sexti supra sesquimillesimum Episcopus in celeberrimo famosi oppidi collegio, ad elevandam Martini Lutheri doctrinam, in concione publicâ hanc de ejus ortu enarravit historiam, quam certè lepidam atque hoc loco dignam negligi minimè oportuit, ut videntes videant, & intelligentes intelligant. Diabolus in formâ mercatoris & artificis gemmarii Wittebergam venit, ubi apud civem hospitio excipi cupit, quod merces suas preciosas communibus hospitiis credere minus auderet, pro beneficio interim justam pollicitus remunerationem. Cæterum ubi hospitis filiam in amplexus muneribus, blanditiis, aliisque voluptatis irritamentis pellexisset, ejus tandem concubitu fretus, brevi evanuit, nec postea apparuit us-

quam. Puellæ indies magis ac magis uterus intumuit, quæ enixura tam horrenda, raraque edebat indicia, ut fœtum non legitimè conceptum esse, argumentis minimè obscuris præsumeretur. Puer adolescens tantum pauco tempore in scholis promovit, ut suos coætaneos & commilitones facilè vinceret, vitæ tamen ratione simulatâ. Inde ex patris instinctu factus monachus, vim religiosæ virgini (quemadmodum ab eruditis viris iisdemque non paucis fertur) intulit abjectâ cucullâ. Romam verò profectus, ut conditionem sortiretur feliciorem, nec ex animo res cederet, incidissetq; in sanctissimi patris Papæ & Cardinalium inclementiam, consilio inito cum suo patre, ut ob denegatas preces se ulcisceretur: ab eo consulitur (quod imperitam plebem seductu facilem intelligeret) ut commentariolo orationem explicaret dominicam, quam cunctos simul Christianos novisse oportet, ut eâ ratione sui instituti voto potiretur. Explicationem autem hanc tanto artificio & fastu contexuit, ut non modò vulgaribus, sed & eruditis plerisque, donec fucum animadverterent, commendaretur. Tragicus hic Ursus plebejorum hominum erga se studia videns, longius indies grassari cœpit tàm ore, quàm calamo contra Romanæ sedis indulgentias & quædam ejusdem instituta alia, donec redargueretur, pudefieret, & convinceretur, &c. Pergit *Wier. p.m.339.* Historia Catholica de Statu Religionis nostri temporis Gallicè conscripta, autore S. Fontaino Theologiæ Doctore, tradit quoq; probabilem esse opinionem, literarum monumentis propagatam: Margaritham videlicet Lutheri matrem ex Diaboli coitu concepisse, qui aliquoties antè cum eâ fuisset congressus, quam Johanni Ludero ma-

matrimonii fœdere jungeretur. Sed ecce optimum idq; 29
decantatiſſimum inſimul *Wieri l. c.* judicium, quod cuilibet ex hiſce impudentiſſimis nebulonibus conſtanter opponimus: Lutheri profectò doctrinam aliis veritatis machinis impugnari & convelli oporteret, non ejusmodi figmentis, alioquin vulgus intelliget. Siquidem craſſum nimis hoc commentum eſt de tali dæmonis concubitu, qvum ex deſcriptâ ejus vitâ omnibus conſtet, natum fuiſſe anno 1483. die 10. Novembr. nocte poſt horam undecimam Islebiæ ſub Imperio Comitum Mansfeldenſium, ex patre minimè obſcuro Johanne Luthero, viro Patricio, & hujus pudicâ conjuge Margaritâ matre: atque Martini nomen ei impoſitum, quod dies proximus, quo per baptiſmum Eccleſiæ initiaretur infans, Martino ſacer eſſet. Huc aliàs non improbabiliter pertinerent Gigan- 30.
tes, de quibus *Text. Geneſ. 6.* quos *Gloſſ.* cum *Joſeph. ad dict. text.* ratione originis diabolis adſcribit, tametſi rectè cum Theologis ſanioribus diſſentiat *Calov. in Geneſ. h. l. ad verſ. 4. p. m. 47 add. Munſter. Coſmograph. Libr. 3 de German. cap. 3. Heinric. kornmann. de Jur. Virgin. cap. 15. Vincent. citat. Hiſtor. libr. 21. cap 30. Ulric. Molitor. l. c. cap. 10. Auguſtin. de Civit. Dei, libr. 3. cap. 9. p. m. 518. & 522. Bartholom. de Spin. l. c. cap. 6. p. m. 174. Bonaventur. in Sentent. diſt. 44.* Cæterum an incubus vel ſuccuba ſemel admiſſi naturaliter herbis rurſus poſſint abigi & evitari; ſimiliter ex quâ materiâ corpus illud, quod Diabolus non unquam permiſſu di- 31.
vino aſſumſit, conficiatur, ubi curſus deponatur, & an per ſe ad generandum habile ſit; item an dæmon efficere poſſit, ut virgo, mente & corpore permanens, non tamen ſine virili ſemine concipiat, aliis perfectius rimanda de-

32 derelinquimus. Etenim refert veriſſimam hiſtoriam, ut Ille ſupponit, de Epiſcopo quodam Germano utique piiſſimo *in Commar. Scip. Mercur. p. 2. c. 38. p. m. 551.* ſequentibus: Er/ der Biſchoff hätte damahls vor 14. oder mehr Tagen in ſeiner Inſpectur einer jungen Weibes-Perſon den Proceſs gemacht/ in welche ein Alp oder böſer Geiſt ſich verliebet/ und vielmahl/ auch mehr / als ihr belieblich geweſen / mit ihr zu thun gehabt; Darauf hätte ſichs begeben / daß ein andrer böſer Geiſt ſie auch lieb gewonnen / und in menſchlicher Geſtalt zu ihr kommen/ und ſie gebethen / daß ſie ſeinen Willen thun/ und ſich beſchlaffen laſſen wolle ; Die Frau aber hätte ihme zur Antwort gegeben/ und geſagt / daß ſie ſolches auf keine Manier und Wege thun und geſchehen laſſen könne; Denn ſie ſonſt auch einen böſen Geiſt zum Courtiſan / welcher über die Maſſen eyffrig/ und allezeit umb ſie wäre / und Achtung auf ſie gebe; Und wann er mercken würde / daß ſie dergleichen begangen und zugelaſſen hätte/ ſo würde ſie übel von ihm tractiret und zugerichtet werden; Darauff hätte er geantwortet und geſaget/ wenn ſie ihn vergnügen und ſeinen Begehren ſtatt geben wolte / ſo wolte er ihr ein Kraut kennen lernen / welches / wann ſie es bey ſich trüge oder anhienge/ machen würde/ daß ihr böſer Geiſt/ mit dem ſie ſo oft zu thun gehabt/ ihr nicht wieder zunahen/ und an die Seite kommen ſolte können; Und bekennet es hierauf/ daß er auch ſelber ein böſer Geiſt ſey; Die Frau iſt klug/ dencket der Sachen nach/ und läſſet ſich das vorgeſchlagene Kraut gefallen; Und nach dem ſie ohne daß nunmehr einen Abſcheu genommen hatte an der Gemeinſchafft und Geſellſchafft des böſen Geiſtes/ ſo verſpricht ſie/ wenn er/ nemlich der neue Juncker/ ihr

ihr das gedachte Kraut bringen und geben würde / so wolte sie auch in sein Begehren alsobald willigen / und thun / was er von ihr begehret hätte ; Der böse Geist säumet sich hierauff nicht / ihr das Kraut zu bringen / und als er darmit ankömt / so siehet das Weib / wie sie mit sonderbahrer List das Kraut (Caccia Diabolo, Latinè Fuga Diaboli, Teutsch Jage-Teuffel oder Johannis-Kraut) erwischet / und HErr darüber wird / behält es darauff bey sich / und hängets an / und befreyet sich hierdurch nicht allein dieses ietzigen neuen Buhlers seines Anmuthens / sondern auch des vorigen / und ersten Alps / und Beyschläffers seiner Gesellschafft ; Daß so wohl der letzte / als der erste / von ihr bleiben müssen ; Welches alles dann die Frau bey ihrer Inquisition eydlich ausgesaget. His adde *Martin.Delrion.Disquisit.Magic.libr.2.quæst.15.p.m. 150.& 163.& ex hoc Paul.Zach.QQ.Medic.Legal.libr.3. cap.1.quæst.8.n.1109.Camerar.hor.succisiv.cent.1.cap.70.p.m. 326.* qui asserunt, dæmones posse defunctorum corpora assumere, vel de novo sibi ex aere & aliis elementis ad carnis similitudinem palpabilia effingere ac formare : posse illa pro lubitu movere & calefacere ; posse virgini dormienti & ignaræ aliunde sumtum verum & fœcundum semen, sine congressu carnali, hymene aliisq; claustris virginitatis incorruptis infundere, *add. Johann. Nider.l.c.cap.10.Thom.in 4.quæst.10.* Sed hæc ex professo, uti supra jam monitum, nostra non facimus, quemadmodum nec modos, quibus incubi & succubæ pelli possunt, hîc 33.
examinamus, (possunt tamen videri *Hieron. Mengo, Ordin. Minor.Flagell.Dæmon.Johann.de Gersono, Cancell. Parisiens.de Probat.Spirit.Petr.Anton.Stampa, Sacerd. Clavanens. Fug.Satan.Petr.Gregor.Tholosan.de Rep.lib.3.c.32.*

n.10.p.m.1035.Johann.Nider.l.c.p.m.524. quoniam instituto ex asse satisfacit, reperiri ejusmodi complexus, quorum causâ, si fortè gratia fiat delinquentibus à summo Principe, vel si ratio aliqua prægnans mitigationem pœnæ capitalis causetur (quod fieri aliquando posse docet *Bened. Carpz. Jurispr. Forens. part. 4. const. 2. def. 4. p. m. 1292.*) matrimoniū (a) rescinditur, quemadmodū optimè argumen-
34 tatur *Carpz. l.c. num. 5.* Etenim si adulterium seu violatio thori conjugalis rumpit vinculum matrimoniale, uti expeditum est ex *cap. 5. X. de Procurat. cap. significasti. & cap. ex literis. 5. de divort. c. literis. X. de Præsumt. c. 4. de Donat. int. Vir. & Uxor. l. Consensu. 8. §. si qua igitur. C. de Repud. Joach. à Beust. de Matrimon. part. 2. cap. 20. Wesenb. in π. ad ff. ad L. Jul. de Adulter. n. 10.* cur non etiam concubitus Satanicus? qui longè gravius & detestabilius crimen habetur: idq; eò magis, quod etiam propter crimen sodomiticum conjugium separetur, *add. huj. Dissert. cap. 2. thes. 2.* Atqui concubitum Diabolicum in crimen sodomiæ sive veneris contra naturam exercitæ incidere, ecquis dubitare vellet? Hinc optimè responderunt Scabini Lipsienses Mens.
35. Novembr. Ann. 1613. in causâ C. P. zu M. Ob nun gleich gedachtes sein Ehe-Weib noch am Leben / und sonsten die Landes-Verweisung die Scheidung der Ehe nicht mit sich bringet / dieweil es aber mit gedachten Curt Puchens Ehe-Weibe diese Gelegenheit hat / daß dieselbe eine Zauberin / mit den Teuffel umbgangen und zu schaffen gehabt / und unmenschliche / unnatürliche Unzucht getrieben / deßwegen ihr auch die Todes-Straffe zu Recht zuerkandt / dieselbe aber wegen langwieriger Gefängnüß und aus andern Ursachen an ihr nicht vollstrecket worden, ꝛc. So mag auch gedachter

C. P

E.P. seinem Ehe-Weibe länger beyzuwohnen nicht gedrungen werden / sondern es wird ihme / als dem unschuldigen Theile / wofern er sich ohn Gefahr seines Gewissens ausser den Ehstande nicht enthalten mag / darzu er doch fleissig zu vermahnen und anzuhalten / seiner Gelegenheit nach sich anderweit zu verehlichen billig verstattet. V.R.W. Aliàs (β) manifestum est, coitus hosce jure communi haberi tales, quos, modò de confessione rei, famâ publicâ & aliorum complicum constanti assertione (licet non de pactione, quod probè in hoc maleficio notandum, cum diabolo contractâ) & concubitu Satanico constet, *Francisc. de Ponzinib in Tract. de Lam. Johann. Bodin. in Dæmonoman. libr. 4. cap. 3.* flammâ ignis persequuntur leges, *vid. Constit. Carol. V. art. 109.* und man soll solche Straffe mit dem Feuer thun. Sic totiè die pronunciari solet in Foro Electorali Saxonico, uti patet ex præjudiciis apud *cit. Bened. Carpz. Prax. Crimin. part. 1. quæst. 50. præjud. 13.* Hat N. erstlichen in scharffer Frage und hernach auch in guten bekandt und ausgesaget / daß sie von unsern lieben HErrn GOtt abgefallen / und nun ins dreyssigste Jahr mit dem bösen Feinde / so in Mannes Gestalt zu ihr kommen / Gemeinschafft gehabt / und unmenschliche Unzucht getrieben ; So sie nun auf solchen gethanen Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonsten / wie recht überwiesen würde : So möchte sie / von wegen solcher mit dem bösen Feind dem Teuffel gehabten Gemeinschafft / und begangenen und bekandten unmenschlichen Unzucht / mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden. *add. Martin. Delrio l. c. libr. 5. sect. 16. lit. yy. p. m. 781.* prouti plura etiam exempla suppeditant 36.

Heinric. Kornmann. de Mirac. Vivor. Tit. de Nat. sin. patr. Jacob. Sprenger. Mall. Malefic. part. 2. quæst. 1. cap. 4. & seqq. Petr. Theodor. Colleg. Crimin. Disp. 7. th. 6. lit. c. Wier. libr. 3. cap. 19. 20. & seqq.

Caput Sextum VERÆ IMPOTENTIÆ SPECIES PROPONIT.

Thes. I.



1. Detestatio eorum qui castratos faciunt.
2. Thlibiæ & Thlasiæ quinam dicantur?
3. Sententia Pauli Ægineti probatur.
4. Opinio Accursii refutatur.
5. Sententia Ferrandi rejicitur.
6. Interpretatio Glossæ refellitur.
7. Judicium proprium subnectitur.
8. Calvinus hasce personas minus rectè potentes asseruit.
9. Excusatur à Paulo Zachia.

1. QVod si unquam ulla hominum improbitas & armata sceleribus nefandissimis nocendi libido rabiem aliquam & execrandam in mundo crudelitatem exercuerit, hanc profectò indignissima illorum caterva perpetravit, quæ cœco furore iterum atque sœpius impulsa tentare per nefas, quæ ne quidem per fas sperare deberet, vel in proprium sexum ausa fuit. Etenim membra, qua homi-

minis nascendi causam suppeditant, lancinavit, & creaturam aliam, quam qualis Conditoris sapientiæ placuit, in mundum introducere contendit, *Novell. Leon. 60.* Comprobant hæc quamplurima impotentum genera, quæ unicè uniceque ærumnositatem suam proterviæ hujuscemodi acceptam ferunt, pariter ac suum à naturâ destinatum tempus ante tempus inique finitum esse clamitant, *Novell. 142. Proœm.* Laborant enim quidam genita- 2.
lium attritione & concisione, qui vocantur Thlibiæ nec non Thlasiæ (alii legunt Thilibiæ & Thalasiæ, quos refutat cum *Johann. Craston. Guilielm. Bud. ad L. Spadonum. de Verb. Signif. p. m. 204.* apud quosdam Thladiæ dicuntur, & θλαδίαι, juxta *Eund. l. c.*) à Græcis θλάω frango, æque ac θλίβω tero, quod fotu aquæ calidæ fiebat & manuum admotione, ut hoc pacto pretiosiores essent & in Principum deliciis, *vid. Johann. Calvin. in Lexic. hoc voc.* Idem confirmat *Paul. Æginet. lib. 6.* de evnuchismo loquens: du- 3.
plex, inquit ille, est evnuchos faciendi ratio: partim enim collisione, partim exsectione fiunt. Prius illud genus hoc modo fit, pueros adhuc infantes insidere in pelvim faciunt aquæ calidæ; deinde cum corpuscula flaccuerint, in ipsâ pelvi digitis testiculos collidunt, quoad usque evanidi abeant, nec jam concreto coagmento contrectationem subeant. ὁ μὲν κατὰ θλάσιν, ὁ δὲ κατ᾽ ἐκτομήν. Quanquam qui Thlibiæ uti quoque Thlasiæ appellitentur, varii variè enucleent, ipseq; *Johann. Accurs. in cit. L. Spado-* 4.
num. 27. de V. S. nesciat, mox tamen subdat, quod sint, quibus demtâ virgâ cum testibus supponantur fistulæ, ut urinam mittere possint. Sed hæc significatio nobis hâc vice confundit thlibias cum castratis, de quibus tamen

paulò inferius pauca subjiciemus. Pro iisdem accipit
5. *Ferrand.1.Expl.47.* notante *Godofred.ad l.c.128.de V.S.* verum huic expressum textum *l.c.* obstare nemo non videt.
6. Aliter explicantur *in Gloss.ad L.hi quoq;5.ff.ad L.Cornel. de Sicar.* quod vel sint instrumenta, quibus cum quis leviter castratur; vel venæ, quibus incisis virilia amittuntur: ast hunc sensum planè à textu alienum esse contextus evincit. Sancitum namque fuit in præcedente lege, ne spadones fierent; mox subjungitur in nostrâ, ne thlasiæ fierent, quod sanè haud tutò de instrumentis aut venis intelligi potest, idque ideò multò magis, qvum ipsa *Gloss.in Expl.3.ibid.* vacillet. Malumus igitur hîc opinionem vul-
7. garem stabilire, *arg.l.4.pr.de his, qui not.infam.Scot an.ad lib.1.ff.t.4.q 36.* quæ thlibias vocat, quibus genitalia attrita, thlasias verò quibus venæ testiculos firmantes incisæ sunt adeò, ut tanquam membra mortua propendeant exiles & frigidi, nullique usui amplius apti, *Borcholt. ad §. sed & illud.9.Instit.de Adoptionib Hahn Observat. ad Wesenb.tit.*
8. *de Adoption.verb.Spadon.* Ejusmodi thlibias autem, ut supra dictum, potentes facit *Joh.Calvin.in Lexic.h.v.* minus rectè; interim in ejus defensionem, si modò aliquam contextus verborum recipere velit, illud proferre conatur *Paul.Zach.Quæst.Medic.Leg.lib.3.tit.1.q.9.num 17. &*
9. *18.* quod intellexerit de iis thlibiis, quibus neque benè, neq; universim contusi seu attributi fuerunt testiculi (sicuti facilè in hâc operatione, etiamsi ab arte fiat, evenire potest) sed illis præcipuæ parastatæ integræ remanserunt, & sola testium substantia contabuit; vigore enim dictarum glandularum possunt hi fortassis sobolem vitalem procreare, sed vitium hoc per sectionem iniquiorem illatum nunquam ex fundamento tollitur.

Thes. II.

1. Spadones unde deriventur?
2. Spadonum varia acceptio.
3. Spadones qui proprie hic dicendi?
4. Mercat. promiscuè annumerat Spadones eunuchis notatus ob id rectè à Zachia.
5. Qui vocandi impotentes privativè?
6. Qui nominandi impotentes negativè?
7. Objectio Glossæ & Petri de Palude.
8. Refellitur à Panormitano.
9. In impotentibus negativè deficit facultas non solum ad generandum, sed etiam valide coëundum.
10. A feudi successione spado non est excludendus.
11. Spadonibus etiam annumerantur, qui semen quidem emittunt, sed virgam erigere non possunt.
12. Semifrigidi juxta Zachiam & Sanchesium quinam?
13. Metaphorica spadonis acceptio hic applicatur.

Alterum genus Impotentiæ animadvertimus in spadonibus, communiter sic dictis ἀπὸ τῦ σπᾶν, i. e. à convellendo; non à Spatâ Persarum Urbe, unde primos advectos volunt, *Borcholt. l. c.* nisi fortè Civitas istam insimul denominationem à convulsione adepta fuerit, quamvis aliud *Ammian. lib. 4.* videatur, nimirum Semiramidem primam fuisse spadonum autorem, *confer. Godofred. ad L. 128. de Verb. Signif. Schulz. Chronic. Histor. Assyr. p. m. 3.* Cœterum comprehenduntur generali spadonum appellatione tam hi, qui naturâ spadones sunt, item thlibiæ & thlasiæ, & si quod aliud genus spadonum reperitur, ut sunt castrati, & cremasteres, id est nervos, quibus colei suspensi 1. 2.

pensi sunt, evulsos habentes, unoque testiculo prædici, *L. Lege Corneliâ.4.§.Idem Divus.2.ad L.Cornel. de Sicar. L. Spadonum.128.de Verb.Signif. L.Pomponius.6.§.Spadonem. 2.L.Sin autem.7.L.Ædiles.38.§.Sed enim.7.de Ædilit.Edict. L.Si serva.39.§.si spadoni.1.de Jur.Dot. Philipp. Melancht. Loc.de Conjug.Summ.de Natur.Spadon.p.m.759.Rennemann. de Jur.Personar.Disp.3.th.21.Paul.Zach.lib.3.tit.1.q.9.n.6. Paul.Æginet.lib.6.* Nos hoc loco eos eligimus, qui frigi-
3. dioris constitutionis sunt, vel aliàs talismodi morbo sontico impliciti, ut generatio inhibeatur, *Hahn.ad Wesenbec. tit.de Rit.Nupt.verb.Impotentes.p.m.142.* quod tamen naturæ vitium adhûc ope medicorum tolli & curari possibile est, adeoque nec dirimit matrimonium contractum, nec impedit contrahendum, argumento eorum, quæ proferunt *Navarr.lib.4.consil.39.num.14. de Sponsalib. Augen. lib.10.Epist.Med.consi.2.cap.4. Brunell. de Sponsal. & Matrim.conclus.28.n.18.* Et de his spadonibus agunt *§.sed & illud.9.Instit.de Adoption.ibiq; Borcholt in Comment. L. Generalis.2.§.illud.1. L.Adrogato.40.§.spado.2.ff.h.t.L.si serva.39.§.si spadoni.1.de Jur.Dot.L.Alumnos.14.§.& f.2. de Manumiss.Vindict.* Hûc item quandoque referimus eos, qui virgam quidem habent erectam, semen tamen emittere non valent, *Erasm.Ungepaur.Comment. ad Tit. X. de Frigid.& Maleficiat.num.5. Nicol. de Tudesch. Abb. Panormitan.ad cap.2.quod sedem.X. h.t. Petr.Forest.28. Observat. 18.in Schol.Thom.Sanchez.de Matrim.lib.7.disp.95.n.7. Aët. Tetrabil.3.serm.3.cap.fin. Schenck.lib.4. Observat.tit.de*
4. *Coitu.* licet eosdem promiscuè evnuchis annumeret *Mercat.lib.3.de Morb.Mulier.cap.5.* rectè ob id notatus à *Zach. l.c.q.9.n.18.* Quidam enim arrecto membro semen non emit-

mittentes dici possunt impotentes *privativè*, quorum, ut 5.
supra monitum, curatio probabiliter potest institui; aut ea ad minimum per naturam dici nequit impossibilis, v.g. quando talis spado vel in ætate sit constitutus senili, viribusque imbecillibus: vel phymosi & paraphymosi laborat, puta quod præputium supra glandem adeò durè & arctè est contractum, ut ægrè & sine intensissimo dolore in congressu detrahi nequeat, & detractum in tantum penis caput prope radices coarctat atq; coangustat, ut retractio pro difficillimâ habeatur ac seminis emissio sequi non possit, *vid. Ambros. Parei Chirurg. lib. 16. cap. 32.* vel penem habet planè imperforatum, & vinculum glandis satis breve, *Id. cap. 33. p. m. 547.* ubi & curationes suppeditat: quidam verò *negativè*, ut sunt castrati, quibus videlicet natu- 6.
raliter mederi apud medicos in universum censetur impossibile. Utrumque tamen, vitio notoriè durante, à copulâ & congressu carnali in foro tàm soli, quàm poli, arcendum judicamus, quamvis cum *Gloss. in can. 25. hi qui. XXXII. q. 7. Petr. de Palud. ad Tit. X. de Frigid. & Maleficiat.* 7.
opponat, quod mulierem provocare possit, adeoq; non impotens, sed potens dicendus veniat. At veriorem esse putamus cum *Panormitan. l. c.* communem opinionem, as- 8.
serentem contraria; quia ex quo non potest generare, ex eo non potest dicere uxor, volo esse mater, *cap. 1. accepisti. X. de Frigid.* quia generandi spes ex coitu habetur, *arg. L. Mulier. 5. C. de Sponsalib. Malvas. Consf. 22. n. 1. Ludovic. Dunt. Cas. Conscient. cap. 19. sect. 1. q. 39. p. m. 329.* Imò hìc non tan- 9.
tum deficit potentia ad generandum, sed etiam ad consueto more coëundum. Idem enim esset, ac si alio quodam instrumento sibimetipsi mulier, ejusmodi semen emittere

non valentem admittens, ſtuprum intuliſſet, ſicuti hoc fieri aliquando ex *Riolan. Anatom. cap. 35. & Ant. Gomez.*
10. *ſup. L. 80. Tauri n. 34.* notavimus ſupra *cap. 2. th. 3.* Interim, ut obiter notemus, à feudi ſucceſſione ſpado hic excludendus non eſt, per ea, quæ proferunt *Bald. ad* §. *2. 1. F. 6. n. 7. Roſenthal. de Feud. cap. 7. concluſ. 28. n. 14. p. m. 344. Schrader.*
11. *de Feud. part. 7. cap. 5. n. 17. p. m. 191.* Porrò ſpadonibus annumeramus eos, qui excitantur quidem ad venerem, & ſemen emittunt etiam, ſi vel penis diutius manibus tractetur, vel in mulieris amplexibus arctè ac multum commorentur, tamen erigere non poſſunt, idque vel ob ipſius penis reſolutionem, vel ob frigiditatem genitalium partium, vel omnium, vel aliquarum, *Zach. l. c. q. 5. n. 12. cum*
12. *Piſon. de Cur. morb. lib. 3. cap. 47.* Similiter & eos, qui quidem, ut alii, Venerem perfectè exercent, ſed ſi uterum anguſtiorem offendant, coitum perficere nequaquam poſſunt, quod illis præ caloris inopiâ evenit, ob quam deficit virtus ipſius membri, quod neque ita dureſcit, ut, ubi per anguſtiores ſemitas ſit vi erumpendum, ad opus ſufficiat; & hos ſemifrigidos vocat *Zach. l. c. n. 14. cum Sanchez. de*
13. *Matrim. l. 7. diſp. 93. n. 7.* Aliàs etiam obſervandam animadvertimus metaphoram in largiori voce ſpadonis: ſignificat quippe inſuper ſurculum minus fructiferum, prouti notat ex *Columell. Faber, theſaur. hoc voc.* Quemadmodum igitur infructuoſus aliquis ramuſculus virens equidem aſſurgit, ſed nullum, ad ſe ulterius uberiusque propagandum, granum derelinquit; ſic & enervatus turpiter adoleſcentulus procerus floridusq; accreſcit, liber à multis, qui juvenes ſenesque manent, morbis; attamen excluſâ omni propagandi ſpe, *Novell. Leon. 27.* juxtim & ſepoſito
mul-

multiplicandi emolumento, *arg. pr. Inst. de Excus. tutor. L. Excusantur. 2. §. remittit. 2. ff. h. t. §. sed nos. 4. Instit. de SCt. Tertullian.*

Thes. III.

1. Castrati quinam dicendi?
2. Solet hac sectio suscipi cum maximo vitæ periculo.
3. Qui primi reputantur castrationis inventores?
4. Castratorum derivatio.
5. Castratos quasi castè natos multi dixerunt.
6. Quorum opinio refutatur.
7. Castrati etiam dicuntur eunuchi & horum homonymia.
8. Eunuchi etiam dicuntur (α) qui, ut Deo serviant, à concubitu abstinent.
9. Origines se castrans reprehenditur à Lessio.
10. (β) Qui habent uxores, ut Potiphar, sed propter castitatem gynæceo præficiuntur.
11. (γ) Qui ex dono continentiæ ad preces agendas mulieribus junguntur.
12. Eunuchorum Etymologia.
13. Narses ex multorum sententia eunuchus fuit.
14. Qui reprehenduntur à Guineto.
15. Privilegium adoptionis ab Imperatore Leone eunuchis datum an adhuc validum esse possit?
16. Poterant eunuchi testamenta & codicillos scribere ex favore Imp. Constantis.
17. Nunquam tamen verum matrimonium contrahebant.
18. Quamvis feudi dicantur à Doctoribus capaces.

1. TErtiam impotentum speciem exhibent castrati, *Erasm. Ungepaur.Comment.ad Tit.X.de Frigid. num.3.* quibus vel scientibus ferro diminuta sunt virilia, *L.si servus.27.§. sed & si puerum.28.ff.ad Leg.Aquil.* (& quidem in totum; potest enim nonnunquam iis relicta esse superior pars alterius vel amborum testiculorum, ita ut adhuc generare possint, *Zach.lib.3.tit.1.q.9.n.7.* quod multò magis procedit, si insistere velimus opinioni *Aristot. 3.de Histor. Anim.c.1.* qui testiculis vim seminis generativam negat, *vid.Carrar.de Med.& ej.off. part.1.n.137.* rectè ob id refutatæ, à *Laurent.Anatom.lib.7. quæst.2.* quem nos sequimur si sermo incidat, uti supponimus, de testiculorum privatione per violentiam totali,) vel non animadvertentibus arte magicâ ipse penis cum testibus excisus est, de hoc posteriori *vid.Martin.Delrio in Disquisit.Magic.libr.3.p. 1. quæst.3.sect.2.p.m.397.* etiamsi servato quandoque virili membro testiculi solum eximi soleant; quod omne cum
2. maximo vitæ discrimine peragitur, ita ut Imperator Justinianus *Novell.142.proœm.* è nonaginta ægrè tres servatos
3. esse attestetur. Cœterum hic castrandi homines ritus ab Ægyptiis originem sumsit, quorum sacerdotes religionis causâ Diis suis pudenda, tanquam primitias sui corporis, libabant, eumque modum ad nefandam libidinem primùm traduxit Semiramis, juxta *Joh.Suev.Comment. ad L.Spadonum.128.de Verb.Signif.ex Eustath.in Homer.Iliad. 7.Ammian.Marcellin.Histor.lib.14.Johann.Aventin.Annal. Bojor.lib.3.n.50.p.m.199. Anton. Clar. Sylv. Lib.sing.in LL. XII.Tabb.c.17.Dionys.Gudofred.in not.ad cit.L.128.de V. S. Petr.Gregor.Tholosan.Syntagm.Jur.Univers.lib.7.cap.2.n. 18.p.m.145.Godofred.Schulz.Chronic.Histor:Assyr.pag.m.3.*

Hinc

Hinc *Claudian.in Eutrop.lib.1.* Hos fecere manus: ſeu prima Semiramis aſtu Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutæ mollities levesq; genæ ſe prodere poſſent, hos ſibi conjunxit ſimiles: ſeu Parthica ferro luxuries vetuit naſci lanuginis umbram, ſervatoque diu puerili flore coëgit arte retardatam Veneri ſervire juventam. Derivantur au- 4.
tem hi à caſtrare, quod idem eſt, ac ſecare, unde *Plin. 18. c. 32.* caſtrare juvencos. Non officiunt nobis *Haring. Si-* 5.
frid.Expoſit.Jur.Civ.& Canon. ad Tit.C.de Eunuch.Joh. Accurſ.in L.c.128.de V.S.Hermann.Vultej.ad §.ſed & illud. 9.Inſt.de Adoption.n.2.Heinric.Cardinal.Hoſtienſ. ad cap. 1. accepiſti.X.de Frig.& Maleficiat.Johann.Andr.h.t. qui na- 6.
turâ ſpadones vocant caſtratos, quaſi caſtè natos: ſed forſitan minus rectè. Cognita ſiquidem eſt crebra hæc Jurisprudentum alluſio ex *Princip.Inſt.de Teſtam.Ordinand. pr.Inſt.Quib mod.re contrah.oblig.L.Mutuum.2.§.appellata.2.ff.de Reb.Credit.L.Inter liberas.6.§.Lex.1.ff. ad Leg. Jul.de Adulter.L.Damnum.3.de Damn infect.L.Item.15.§. convicium.4.de Injur.§.tutores.2.Inſtit.de Tutel.can.non mœchaberis.XXXII.q.5.cap forus X.de Verb.Signif.Benedict. Carpz.Prax.Crimin.part.2.quæſt.52.num 71.72.Weſenbec.π. Commodat.num.2.* verum quam hoc in caſu ægrè applicare valemus. Caſtitas enim præſupponit ſubjectum ita ordinatum, ut utrumq; extremorum recipere poſſit, ſi velit, quod hoc loco in caſtratis non procedit. Præterea etiam hoc taxat *Nazianzen.Oration.31.* ne admodum, inquiens, magnificè de vobis ſentiatis, qui à naturâ eunuchi eſtis: fortaſſe enim pudicitia hæc minimè voluntaria eſt: non enim explorata eſt, nec caſtimonia periculo tacto comprobata. Alio nomine caſtrati dicuntur eunuchi, 7.

quanquàm & hæc appellatio multum homonymiæ in se contineat: *primò* namque significat quocunque modo castratum, *c.9.qui sitit.XXXIII.q.5.* Usurpatur quoq; *secundò* de iis tantum, qui sponte secandos se præbuerunt, *Haring.*
8. *Sfrid.l.c.* Similiter vocantur evnuchi *tertiò* in sacris, qui vel (1) abstinent perpetuò à vitiis & concubitu fœminarum, ut liberius Deo inservire queant, quos tamen hisce seculis, præsertim inter Canonicos, ob puellas venales rarissimos esse vult *Severin. de Monzamban. de Stat. Imper. German. ad Fratr. Lal. cap. 2. §. 14. p. m. 56.* parumque exinde observari verba *Esaia 56. v. 3. 4. Matth. 19. v. 12.* (quæ loca secundum literam intelligens Origenes seipsum castravit, *Nicol. Hemming. de Divort. caus. 3. p. m. 192. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. Libr. 7. cap. 2. n. 31. cum Nicephor. Calist. Histor. Eccles. libr. 5. cap. 8.* reprehensus propterea à
9. *Leonhard. Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap 9. num. 98. pag. m 84.* quia abscissio seu castratio non tollit tentationes carnis, sed solum impedit generationem; quin potius illi qui castrantur, præsertim in virili ætate, magis incitantur libidine, ut docent *Basil. libr. de Virgin. circ. fin. Chrysost. homil. 63. in Matth. Augustin. libr. 6. contr. Julian. cap. 5. add. huj. Dissert. cap. 3. th. 2.* quamvis herbis tantum partes genitales emarcuisse dicat ex *Zonara Paul. Cypraus de Sponsalib. cap. 9. q. 11. p. m. 312.*) Vel (2) proprias quidem habent uxo-
10. res, ita tamen castis utuntur moribus ac factis, ut & puellarum ac matronarum honestarum custodia ipsis committatur, qualem evnuchum etiam fuisse Potipharem vult *Gloss. Ordinar. ad Genes. cap. 37.* tametsi *Petr. Gregor. Tholosan l. c. in fin. cum Martial. 66. libr. 6. ad Pannic.* eum inter spadones, qui virgam habent erectam, sed semen emittere

re prolificum non possunt, de quibus *th.2.huj.cap.* ponere malit; imò verum hunc evnuchum fuisse scribat *Paul. Cypr.l.c.n.32.* vel (3) uxores planè non obtinent, sed dono continentiæ divinitus ditati, mulierum consortio ad pre- 11.
ces & jejunia cum iis peragenda junguntur: hanc laudem in prisca Ecclesiâ, ut sunt humana ingenia ad æmulationem proclivia, affectarunt multi dono etiam continentiæ non instructi: ideoque alii singulas, alii etiam plures fœmellas adsciverunt, non quidem ut uxores essent, vel carnali copula miscerentur, sed ut in solitariæ vitæ solatium sociarum, contubernalium & sororum, sicut videri volebant, spiritualium vicem præstarent, *Dn. Zigler. ad Instit. Canon. Lancellot. L.1.t.25.§.23.p.m.187.* Derivantur autem evnuchi ab εὐνῆ cubile, & ἔχω custodio, quoniam lecti 12.
custodes sunt, qui insimul ad observandos actus fœminarum illibatos adhibentur, *Joh. Aventin.l.c. Novell. Leon.98.* hinc *Claudian. in Eutrop. libr.1.* cumq; omnibus unica virtus esset in evnuchis thalamos servare pudicos; Et *paulò post:* militia evnuchi nunquam progressa cubile. Huc quoq; inclinat *Heliodor. lib.9. Æthiopic. in verb.* Sequatur & hic Bagoas: non tanquam victima, sed tanquam alterius victimæ, virginis hujus, custos, ut nobis casta usq; ad tempus sacrificii conservetur. Habet enim quidã Zelotypũ evnuchorũ genus: quippe quibus ipsum est privatum, ad hæc aliis prohibenda objicitur *vid. . 2.c.3. huj. Di .* Quidã, ut commodiore verborum toga illatam naturæ maculã circumdare possint, hanc vocem deducunt ab εὐνοεῖν, quod benevolam mariti fidelitatem præstare consueti sint. Alii porrò naturales causas insequentes, adscribunt ejusdem natales verbis ἐν νῷ ἔχειν quia cum re Venereã

ab-

abſtineant evnuchi, nunquam deliriis vexentur, ſed ubique firmæ mentis ſint, *add. Dionyſ. Gothofred. in not. ad Novell.Leon.98. Johann.Borcholt. l.c.* Nonnulli eosdem provenire contendunt à vocibus εὐνὴν ἔχειν, à privatione vel viduitate teſticulorum, quod melius putat cum *Euſtath.Petr.Gregor.Tholoſan.l.c.n.21.* Nobis, quibus ſententias magis, quam verba urgere animus eſt, cum *Martin.Delr.lib.5.ſect.7.p.m.720.* perinde erit, dummodo cuiq; ex allatis pateſcat, nos pro uno eodemque caſtratum, ſemivirum, gallum, θάλλον, eviratum, apocopum, ema-
13. ſculatum, evnuchum ſumpſiſſe & uſurpaſſe. Cæterum ejuscemodi evnuchum fuiſſe etiam Narſetem, & ob id ab Auguſtâ Sophiâ, Juſtini II. uxore (Theodoram fuiſſe vult *Hermann.Hermes, Faſcic. Jur.Publ. cap.3 num.3.p.m. 22.*) contumelioſe appellatum, & in Gynecæum, ubi penſa cum mulierculis traheret, invitatum, reſpondiſſe ferunt: Fila quidem ſe ducturum, ſed iis talem telam intertexturum, qualem Ipſa, dum viveret, retexere non poſſet, *vid. Sebaſtian.Franck.German.Chronic.Hiſtor.Juſtin. pag.m.61. Hubert.Giphan.Juſtinian.Magn.p.m.137. Johann. Carion. Libr.3.de Quart.Monarch p.m.154.b.Agath. Smyrn. de Bell. Gothor.libr.3.p.m.140.qui eum apud Principes per delicias enutritum dicit.Paul.Diacon.libr.18.p.m.179.Joh.Aventin. Annal.Bojor.libr.3.n.49.p.m.198. Gloſſ. in Vit. Juſtinian. Imperat.Jacob.Maſen.Spec.Imagin.verit.occult.cap.15.num.6.*
14 *p.m.185.* quos refutat, eorumque opinionem primo Aquiloni tradendam ſuadet *Franciſc. Guinet. in Juſtin. Magn.*
15. *cap.12.in fin.p.m.187.* Præterea Evnuchis Leo Imperator in *Novell.27.& 28.* non obſtante impotentiâ, permiſit unà cum fœminis per adoptionem filios ſibi facere, contra §.

ſed

sed & illud.9.§.fœmina.10.Instit.de Adoptionib. arg.L.Adoptivo.16.h.t. (quod tamen, an adhuc valeat, non disputamus; sanè *Georg.Schulz.Synops.Instit.ad Tit.de Adoption. lit.b.* hodiè, inquit, quin castrati iis locis, in quibus adoptionis jura adhuc vigent, adoptare possint, non dubitatur,) item Imperator Constans in *L.Eunuchis.5.C.Qui te-* 16.
stam.fac. eisdem componere postremas more omnium voluntates, conscribere codicillos, salvâ testamentorum observantiâ, concessit, adversus *L.sed.est.6.§.sed si.1.de Liber.& Posthum.hered.Instit.* attamen matrimonium u- 17.
bique invalidum permansit, *arg.L.si serva.39.§.si spadoni.1.de Jur.Dot.Novell.22.cap.6.* (quamvis etiam ejusmodi exsectus cum muliere congredi, pruritumque in eadem accendere valeat, *Bened.Carpzov.Jurispr.Consist.Lib.2.tit.1.def.16.n.2.Paul.Zach.Med.Rom.Quæst.Medic.Legal.lib.3.tit.1.quæst.2.num.11.p.m.14.ex Sannazar.de Matrimon.cap.3.art.4.num.19.& seqq.*) cum hâc adjunctâ comminatione in *Novell.98.Leon.in fin.* ut si quis ad matrimonium procedere comperiatur, & ipse stupri pœnæ obnoxius sit, & qui sacerdos istiusmodi copulationem profanato sacrificio ausus fuerit, sacerdotali dignitate denudetur. Sed quid de successione feudali dicendum? sanè hisce evnuchis, sive 18.
testiculi ipsis solùm fuerint exsecti, sive unà dempta virga maritalis, feudi successionem concedunt cum *Bald.Rosenthal.de Feud.cap.7.conclus.28.n.15.Ferr.Montan.lib.4.Feud.cap.3.* & ita *Bald.in §.2.mutus.1.F.6.* inquit, se in causâ magni ponderis Marchionum de Malaspina consuluisse: quia sufficit, non esse mulierem, ratione ac corpore præterea exsistere sensatum. Idque verum est tum maximè, si ex feudo non debeantur officia personalia, *add. Bal-*

zarin. in c. 1. §. fin. num. 14. de Success. Feud Schrader. de Feud. part. 7. cap. 5. num. 17.

THES. IV.

1. Multi debilitati fuerunt per herbas, medicamenta frigida & venenata, &c.
2. Maleficiati & ligati impotentes.
3. Amasis Rex per maleficium ligatus.
4. Galeacius à Ludovico Sfortia per multos menses inhabilis redditus.
5. Theodoricus Rex à concubinis; Sylvanus ab uxore Numantinâ maleficiati.
6. Frequentia hujus sceleris quandoq; solennia nuptiarum noctu celebrari effecit.
7. Pueri, Bodino teste, in Galliâ hujus flagitii peritissimi.
8. Prima maleficiatorum species, si corpora ad se mutuo appropinquare nequeant.
9. Historia hujus rei ex Vincentio Belvacensi.
10. Maleficium oblivionis.
11. Odium inter conjuges per maleficia conciliatum.
12. Valazca Libussæ Bohemæ famula uxores à maritorum amore avertit.
13. Sæpius ex intensissimo erga conjugem odio aliquis se impotentem credit.
14. Idem dicendum de effervescente & nimio amore.
15. Ligatio ligularum superstitiosa.
16. Plurima ligandi varietates ex Bodino.
17. Spiritus vitales à veneficis in coitu ad membra generationis transire prohibiti.

18. Se-

18. Seminis prolifici exsiccatio & subtractio.
19. Membrorum genitalium, cum ad congressum perventum, magica debilitatio.
20. Exemplum appositum ex Grillando.
21. Partes genitales absconditæ, ut planè ademptæ apparuerint.
22. Judicium de hoc Jacobi Sprengeri.
23. Maleficiati arrigunt interdum ad omnes præterquam ad uxorem; & contra.
24. Viri singulariter maleficiati in urbe Karentinâ.

ALiam impotentiæ labem *quarto* inustam videmus iis, 1. quibus per herbas, potiones, vel alia medicamenta venenata vis coëundi annihilata est: prouti de mentâ, lactucâ, rutâ, thymo, camphorâ, coriandro, pulegio, periclymeni, longo usu viticis, sorbitione cicutæ modicâ, venenis in genere frigidis &c. tradunt Medici, quorum sententias examinare nostri instituti non est, quin potius remittimus B.L. ad *Tiraquell. de Leg. Connub. l. 15. n. 4. Galen. de Med. fac. par. c. 56 Zachian. l. c. q. 5. n. 48. & quos allegat, Petr. Crinit. de Honest. Disciplin. lib. 4. cap. 10. Ruell. lib. 3 de Nat. stirp. cap. 37. Hipp. 2. de Vict. Rat. Schenk. lib. 4. Observ. cit. de Uter. Læsion. Rozes libr. 3 aphor. . . Athen. Dipnosoph. libr. 2. cap. 3. Hartm. Prax. libr. 8. cap. 29.* Succedunt *quintò* 2. maleficiati, pariter ac ii, quibus genitalia ligata & abscondita, auxiliante diabolo, existunt, (æquipollent enim hîc ligatus, defixus incantatus, maleficiatus, *Speckhan. Synops. Exeg. Jur. Pontif. ad lib. 4. Decretal.*) id quod certis quibusdam incantatoriis vocibus insusurratis, vel alio intoxicationis genere conciliari, docent *Bernhard. Zieritz. ad Ca-*

 rol.

rol.V.Constit.Crimin.art.133.Simon Maiol.2.Dier. Canicul.
3.Joseph.Quercetan.in Diætet.Polyhistor.sect.1.cap.5 Nicol.
Hemming.de Divort.caus.3.p.m.192.Petr.Gregor.Tholosan.
34.de Republ.9. (Galli vocant lier l'es guillete) nec minus
canities historica confirmat, multis ubique magni nomi-
3. nis Principibus hoc malum obrigisse. Amasis certè Rex
uxorem duxerat filiam spectati viri, nomine Ladicen,
cum quâ tamen, dum in toro cubaret, haud quicquam
conjugalis exercitii exercere poterat, tamdiu scilicet im-
potens quoad hanc, (aliis enim mulieribus consueto more
utebatur,) quamdiu Ladice votivum Veneri votum vo-
vere desierat; quo concepto, confestim pristinæ vires re-
stitutæ sunt, ut quoties eam adiret Amasis, voluntatem
expleret, *vid.Herodot.lib.2.Valentin.Arithm.persc.2.§.3.*
4. *th.8.* Adducamus porrò, cum semper facta melius per
plures probentur, *arg. L. Quæstionem.fin.C.de Fideicom-*
miss. Johannem Galeacium, quem Ludovicus Sfortia, cum
Isabellam, Alfonsi II. Regis Arragoniæ filiam, sibi matri-
monio jungeret, magicis artibus per multos menses ad
conjugii arcana peragenda impotentem effecit, *Francisc.*
5. *Guicciardin.Historiar.libr.1.p.m.52.* Præterea *Johann. Bo-*
din.Dæmonoman.libr.2.cap.1.& *Paul.Æmil.in lib.Clotar.II.*
concubinas Theodorici Regis iisdem ligamentis adver-
sus uxorem Hermambergam usas fuisse innuunt. Ut
jam omittamus Sylvanum, cui Numantina uxor carmi-
nibus & veneficiis vecordiam injecit, *Tacit.lib.4.Annal.p.*
m.129. Imo nihil frequentius hisce involucris magicis esse,
affirmant *Thom.in libr.4.sentent.Dist.24.Arnis.de Connub.*
cap.6.sect.8.n.19.Besold.Opusc.Jurid.part.4.c.11.num.4.de
6. *Nupt.* ita ut in quibusdam locis, teste *Martin.Delrio lib.3.*

Dis-

Disquisit. Magic. sect. 8. quaest. 4. p. m. 417. vix audeat quisquam clarâ luce solennia matrimonii celebrare, ne quis malus conjugum votis illudat; & in Gallia à puerulis 7.
quoq;, adjectis illicitis quibusdam vocibus palam, & summâ impunitate & licentia exerceatur, *vid. Paul. Cypraeus de Sponsalib. cap. 9. §. 12. n. 13. Johann. Jacob. Speidel. in Not. Jurid. Historic. Polit. verb.* Nestel verknüpffen. Idem firmat *Johann. Bodin. in Daemonoman. lib. 2. cap. 1. p. m. 110.* in verbis: Imprimis verò illud est admirabile, quod pueruli, magicarum sortium imperitissimi, hanc artem pronuntiatis quibusdam vocibus exercent, vinctâq; ligulâ. De Rioleo, generali apud Blesenses legato, me audisse memini, puerum quendam in templo nodationem ligulae sub petaso suo facientem à muliere fuisse perceptum, quo tempore conjugio duorum benedicebatur, eumque deprehensum cum sua ligula aufugisse, &c. haec *Ille.* Caeterum, ut varietatem hujus diabolici sceleris or- 8.
dine edoceamus, pariter & in quantum immundus ille spiritus, justissimo Dei judicio permittente, in impediendis actibus matrimonialibus valeat, perspicacius demonstremus, constat ex Historicis, posse corpora impediri *primò*, ut ad se mutuò appropinquare nequeant; vel, cum jungi conantur, phantasma, aut quid aliud injiciatur intermedium, *Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 34. q. 3.* qui haec recitat de sponso quodam, qui desponsaverat idolum, & nihilominus contraxerat cum quadam juvencula, quam tamen cognoscere non potuit propter diabolum, qui semper se in corpore assumpto interposuerat, *jung. Sprenger. Mall. Malefic. part. 1. quaest. 1.* Conducit huc referre ex *Vin-* 9.
centio Belvacensi lib. 26. Historiar. sequens, si non idem fe-

rè, exemplum: Romæ, inquit, temporibus Heinrici III. Imperatoris fuit juvenis quidam locuples & nobilis, qui recens uxorem duxerat & sodales suos opiparo convivio nuptiali exceperat. Exiverunt in campum à prandio lusuri pilâ. Sponsus, ludi Dux, pilam poscit, &, ne excideret annulus sponsalitius, inserit eum statuæ Veneris æreæ, quæ in proximo erat. Omnes unum petebant, sic citò defatigatus ipse à ludo secessit, & ad statuam rediens, annulum recepturus, ecce, videt digitum statuæ usque ad volam manus recurvatum, & quantumvis conatus annulum recuperare, nec digitum inflectere, nec annulum valuit extrahere. Rediit ad sodales; nec illis de eâ re quicquam indicavit. Nocte intempestâ cum famulo ad statuam revertitur, & extensum, ut in initio, digitum reperit, sed sine annulo; jacturâ dissimulatâ, domum se confert ad novam nuptam. Cumque, torum genitalem ingressus, sponsæ se jungere vellet, sensit impediri sese, & quiddam densum ac nebulosum in suum conjugisque corpus volutari: sentiebat id tactu, videre tamen nequibat. Hoc obstaculo ab amplexu prohibebatur. Audiebat n. vocem dicentem: mecum concumbe, quia hodie me desponsasti. Ego sum Venus, cui digito annulum inseruisti, nec reddam! Territus ille tanto prodigio, nihil referre ausus est, vel potuit: insomnem duxit noctem illam, multum secum deliberans. Sic factum est per multum tempus, ut quâ horâ cum sponsâ concumbere vellet, illud idem sentiret & audiret. Erat sanè aliàs valens, & domi aptus, & militiæ. Tandem uxoris querelis commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito consilio, Palumbo, cuidam presbytero suburbano, rem pandunt. Is au-

tem

tem erat necromanticus & in maleficio potens. Illectus ergo promissis multis, compositam epistolam dedit juveni, dicens: Vade illa hora noctis ad compitum, ubi quatuor viæ conveniunt, & stans considera. Transient ibi figuræ hominum utriusque sexus, omnisq; ætatis & conditionis, equites & pedites; quidam læti, & quidam tristes; quicquid audiveris, non loquaris; sequitur illam turbam quidam statura procerior, formâ corpulentior, curru sedens: huic tacitus epistolam trades legendam, statimque fiet, quod postulas. Ille autem juvenis totum implevit, ut edoctus erat. Viditque inter cœteros ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inequitantem, crine soluto per humeros jactato, vittâ aurea superius constricto, auream virgam gerentem in manibus quâ mulam regebat, præ tenuitate vestium pene nuda apparebat, gestus exequens impudicos. Ultimus dominus turbæ terribiles in juvenem oculos exacuens ab axe superbo Smaragdis & unionibus composito, causas viæ ab eo exquirebat. Nihil ille contra, sed protenta manu epistolam ei porrigit. Dæmon notum sigillum non audens contemnere, legit scriptum, moxque brachiis in cœlum elevatis: Deus, inquit, Omnipotens, quamdiu patieris nequitias Palumbi presbyteri! Nec mora satellites suos à latere mittit, qui annulum Veneri extorquerent. Illa multum tergiversata, vix tandem reddidit. Ita juvenis voti compos sine obstaculo potitus est diu suspiratis amoribus. Palumbus autem, ubi Dæmonis clamorem ad Deum audivit de se, intellexit sibi præsignari finem dierum. Quocirca omnibus membris ultrò citroque truncatis, miserabili pœna defunctus est, confessus coram Populo

pulo Romano inaudita flagitia. &c. Hæc *Belvacensis*: in cujus tamen verbis (ut refert *Speidel. l.c.*) videre licet,
10. & maleficium divisionis, & curationem nefandam per aliud maleficium. *Deinde* inducitur quandoque maleficium oblivionis, quo viri uxores, & contra, adeo susque
11 deq; habent, ut videantur earum non meminisse. *Tertiò* tantùm odium inter conjuges conciliatur nonnunquam, ut se invicem perferre non valeant, *arg. cap. 2. requisisti. 33. q. 1. Fern. lib. 2. de Abd. rer. caus. c. 16.* Hoc fieri dicunt per calumniam suspicionemve, aut morbi alicujus immissionem: sicut cum vel Venus juxta Stesichorum, vel Medea injecto pharmaco fecit, ut omnes fœminæ Lemni graviter ore olerent, sicq; illas mariti sint aspernati. Aut id faciunt phantasiâ turbatâ, sic ut aliquid in compare vehe-
12. menter odiosum vel formidabile inesse credant. Sic Valazca (testibus *Ænea Sylvio in Histor. Bohem. & Baptist. Egnat. l. 3. c. 2.*) Libussæ Bohemæ famula, mulieres à virorum amore per veneficium adeo avertit, ut conjuratione initâ suos quæq; maritos, fratres, patres, filios, unâ nocte interfecerint, mox, arce Vislegradensi obsessa, Primislai
13. Regis exercitum ad internecionem ferè ceciderint. Hîc tamen observandum censemus cum *Savonarol. in Pract. Magn. lib. 20. tract. 6. rubr. 27. & Cardan. l. 12. de Subtilit.* quos citat *Zach. QQ. Medic. Legal. l. 3. t. 1. q. 5. num. 58.* multos sæpè viros propter intensissimum erga uxores odium & maximam animi aversionem fallò se ad coitum per
14. maleficium impotentes redditos credere. Idem aliquando sentiendum de effervescente quorundam amore, vel nimiâ erubescentiâ coram personâ amata, quâ operante ad Veneris actum pervenire non possunt. Constat siqui-

quidem, tales impotentiæ species haud raro per seipsas evanescere tractu temporis, sedatis videlicet affectibus, inordinatè sese habentibus. *Quartò* ligantur, ut supra monitum, connectunturque ligulæ in diem unum, in annum, in perpetuum, aut quamdiu ligamenta non soluta perdurant: homines tamen esse, quos nodare non possis, esse quos nodatio impediat ante conjugium, esse quos impediat conjugatos, demonstrat manifestè *Bodin. d. l. p. m. 110. in verb.* Pictavii quoque, cum in magnis conventibus vices Regii Procuratoris gererem, A C. M.D.LXVII. acta cujusdam quæstionis in magos mihi sunt tradita: quam causam, cum meæ hospitæ, mulieri honestæ & bonâ existimatione, narrarem, illa tanquam istius artis doctissima, me & Jacobo Bauvasio, relationum actuario præsentibus, explicavit, esse formas nodandæ ligulæ amplius quinquaginta, sive ad virum conjugatum impedi- 16.
endum, sive ad mulierem solummodò, ut alter alterius fastidiens infirmitatem adulteriis sese pollueret: plerumq; tamen virum illigari, vix mulierem: esse nodationem, quâ unus alterum deamet, neq; redametur, sed odio sit vehementissimè: esse, qua inter se amarent ardentissimè, sin ad congressum veniretur, alter alterum laniaret ungvibus, & cæderet indignissimè: ut mihi fuit aliquando Tholosæ narratum, eo pacto fuisse virum mulieremque illigatos, qui post triennium reconciliati pulchram sobolem progenuerunt. Et quod amplius mirer, narrabat mulier, dum vincta maneret ligula, tumores ei adnascentes, veluti verrucas, spectari, indicia (ut ajebat illa) liberorum, qui fuissent editi, nisi occupavisset nodatio. *Quin-* 17.
tò spiritus vitales à veneficis prohibentur transire ad

membra generationis, & sic seminis decisio impeditur, *Johann. Ernest. Gerhard. Tom. VII. de Conjug. n. 661. Johann.*
18. *Major. in 4. Dist. 34. a. 3.* Similiter *sextò* semen prolificum
19. exsiccatur & subtrahitur. *Septimò* virga viri flaccida redditur, saltem quando quis vult actum matrimonii exercere, *Capell. Tholosan. q. 35. n. 2. Barbos. Collect. Dd. lib. 4. tit.*
20. *15. cap. fin. n. 11. Tom. 2.* Exemplum profert *Paul. Grilland. in Tract. de Sortileg. quæst. 6. n. 14. & seqq.* In agro Sabiniensi, innuens, in quo hæc maleficarum secta plurimum invaluit, & de præsenti quoq; magna ipsarum copia reperitur, quidam vir egregius, literatus, & illæsæ conditionis ac famæ, qui in uno ex oppidis illis ortum habuit, quâdam die à quinquennio citra mihi retulit, quod ipse, dum erat in flore juventutis suæ, tempore, quo Sponsam duxit ad matrimonium consummandum, opera & ingenio cujusdam maleficæ mulieris, maleficiatus fuit, & adeo fortiter apprehensus fuerat dicto maleficio, quod cum uxore eâ nocte, & postea per multos dies nullum penitus debitum reddere potuit. Ex quo habebat maximam verecundiam, & nunquam cessabat admirari, considerans, quod prius perquam validus in simili actu carnalis copulæ, ex quo maximam solitus erat habere delectationem, tunc verò contra: adeo quod sua misera uxor, ejusq; parentes reclamare cœperunt primò privatim, putantes postmodum durante impedimento, devenire ad matrimonii separationem. Adeò quod iste sponsus præ dolore & verecundiâ quasi demens & desperatus evaserit, & multos medicos convocavit, ut liberaretur ab ipsa infirmitate & impedimento, & nihil proderant ei. Demum quidam senex ipsi consuluit ut mitteret in quibusdam montibus altis pro

quo-

quodam magno & ſolenni Magiſtro, qui vocabatur Magiſter magnæ experientiæ, qui in veritate erat ſolennis magus & maleficus. Qui quamprimum vidit ipſum Sponſum, cognovit illius infirmitatem, & brevi tempore illum liberare ſpopondit unâ nocte tantum, & juſſit, quod dormiret illâ nocte cum uxore, & prius exhibuit quoddam poculum, dum volebat ire dormitum, & præmonuit ipſum, ejusq; uxorem, ne illâ nocte munirent ſe ſigno crucis, neque timerent aliquo pacto, ſi aliquid eâ nocte viderent, quia non poterant ſibi nocere. Qui maleficiatus cupiens multum ab ipſo maleficio liberari, omnia ad ungvem ſervavit. Quintâ autem noctis horâ, vel circa, cœpit audire maximos tonitrus, pluvias tempeſtuoſas, & fulgura quam maxima, deinde terræ motus adeò terribiles, quod tota domus quaſſabatur à ventis, deinde audivit in ejus camera plus quam mille, ut apparebat, ad invicem certantes, & ungvibus, pugnis, & calcibus crudeliter pugnantes & lacerantes alterius facies, & veſtimenta tota. Inter quos vidit mulierem quandam, quæ erat alterius oppidi vicini, & dicebatur quod erat malefica, de quâ ipſe ſponſus multum ſuſpicabatur, ne ab eâ pollutus eſſet, quæ ultra omnes majoribus gemitibus & ululatibus cruciabatur, & crines faciemq; ſuam totam ungvibus laceraverat, propter quæ ipſe maleficiatus dixit, quod aliquantulum pertimuit ab initio, dubitans ne quid mali ſibi accideret. Deinde recordatus de monitionibus magiſtri, reaſſumpſit vires, uxorem verò ſemper tenuit ſub pannis abſconditam, ne iſta videret. Poſtquam verò ita certaverant per mediam horam, vel circa, ingreſſus fuit magiſter in cameram prædictam, & erat tunc circa me-

 diam

verba, pace tamen B. L. hûc adjicere libet: Omnium, inquit Ille, recepta ſententia eſt, quam & experientia confirmat, mulieres poſt annum quadrageſimum quartum neque concipere, neque parere, quod utplurimum eâ ætate menſes ſubſiſtant, etſi quædam, quæ vegeto & firmo corpore ſunt, usque ad annum quinquageſimum fœcundæ ſint. Idque usque adeò certum eſt, ut de eo dubitare nemo poſſit. Itaque & hic conjugii finis præcipuus, liberorum ſcilicet procreatio, prorſus deficit. Deinde quod illis miniſter neque benedicere, neque ad dandam operam liberis exhortari poſſit, quas ſcit effœtas & per ætatem exoletas parere non poſſe, niſi ſe deridendum propinare velit. Poſtremò quod maximè peccet, & præter naturæ rationem faciat, ut Levini Lemnii verbis utar, vir, qui divitiarũ cauſa, quod ut plurimum fit, effœtam ducit, & quaſi fundo ſterili & nihil ferenti ſemen committit. Nam liberos, qui ſeminaria Eccleſiæ

ſunt, ne naſcantur, ſuo facto impedit, & quaſi intercipit, cum ex eo congreſſu ſoboles nulla exiſtere aut naſci poſſit, cujus tamen propagandæ cauſa conjugium inſtitutum eſt, & mariti omnes fieri debent, juxta dictum: creſcite & multiplicamini. Itaque culpandus maximè juvenis, qui, cum juvenculam ducere poſſet & ex eâ liberos procreare, effœtam & decrepitam accipit, quod à naturali ſocietate alienum eſt, ſemenque & qui inde naſci debebant, corrumpit & perdit: & hoc modo partem humani generis, quantum in ſe eſt, abolet non ſecus ac Onan, qui ſemen genitale, in terram effudit, quia nollet fratri liberos excitare, qui in ipſius poteſtate futuri non eſſent. Ob quod facinus Deus illum morte mulctavit *Geneſ. 38.* Itaque ut ferendus non eſt, qui fundum, ex quo fructus colligi poſſunt, negligit & incultum relinquit, ita nec ille, qui agro ſterili ſemen bonum committit, ex quo fructus nulli naſcuntur. Quod fit, quoties juvenis anum quinquagenariam ducit. Fruſtra enim cum illâ conſveſcit, cum ex illo concubitu ſoboles nulla naſcatur, ac ne ſperetur quidem, *add. Jaſon. conſ. 115. n. 1. vol. 1.* dicens non eſſe propriè matrimonium, ubi
21. mulier ſexagenaria illud init. Sed annon propter ſterilitatem (ut ſextum moveamus) nuptiæ divelli debent? *Felin. ad cap. cum ſit. x. de For. Competent. num. 15.* putat matrimonium non eſſe, quando mulier naturâ ita ſterilis eſt, ut deficiat ſpes concipiendi. Nos dicimus ſolam ſterilitatem, niſi etiam adjuncta ſit alia impotentiæ ſupra dictæ ſpecies, (v. g. quod maritus uterum penetret, ſemen tamen emittere non poſſit, vel tanquam eunuchus aliquid tantum humidi loco ſeminis excernat) non eſſe ſuf-

sufficientem causam divortii; quia impeditur non actus, sed effectus conjugalis, *Heinric. Kornmann. de Jur. Virgin. cap.32. p.m.99. Thom. 4. d. 34. quæst. un. art. 2. ad. 3.* adde quod sæpius sit de facili curabilis, *vid. Carpz. l. 2. tit. 11. def. 200. Zach. lib. 3. tit. 1. q. 7. Sanchez. de Matrim. l. 7. Disp. 92. n. 25. & seqv.* Confirmat quoque hoc 22
c. 27. tantum valet. 32. q. 7. nov. 117. c. 8. etiamsi jure pandectarum sterilitas justam divortii causam olim præbuerit, *l. 60. §. 1. de Donat. int. Vir. & Uxor.* Quid 23
tamen septimò de nanis & pumilionibus judicandum, an & hi matrimonia possunt inire? Respondet *Dunt. in Casib. Conscient. c. 19. sect. 1. q. 40. p. m. 830.* quod tales naturæ παρεκβάσεις videantur potius coërcendæ & restringendæ, quam per conjugium propagandæ. Ideoq; in genere loquendo improbanda illorum sponsalia, nisi graves causæ svadeant. Ob fornicationis tamen evitationem non planè ipsis matrimonio interdicendum putamus.

Thesis III.

1. *Quantum temporis ad probandam impotentiam indulgendum.*
2. *Conciliatio c. accepisti. & c. laudabilem. x. de Frigid.*
3. *Triennium, quod impotentibus ad expectandum injungitur, quando currere incipiat?*
4. *Juramentum cum septimâ manu propinquorum.*
5. *Quando de impotentiâ continuò constat, triennium non est expectandum.*
6. *Judicium de hoc Sanchesii.*
7. *Sententia Consistorii Wittebergensis ex Dedekenn.*

fuerint, tactis sacro-sanctis Evangeliis uterque jurejurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, *cit. cap. 5. laudbilem. extr. de frigid. Delr. Disqv. magic. l. 3. p. 1. qu. 4. sect. 8. p. m. 417. Zasius comment. ad tit. ext. de frigid. n. 9. p. m. 432. Ungepaur. l. c. t. 4. Sanchez. 7. Disp. 94. n. 7. & seqq. & Disp. 107. n. 7.* Quando verò continuò constat, ac sufficienter per inspectionem non-valentia probari potest, *c. 6. fraternitatis. extr. h. t.* (v. g. in iis, quos natura impotentes effecit, *vid. c. 3. §. 1.* vel Diabolo cooperante maleficorum nequitia, *Arnold. Villanovan. in Tract. de Sterilit. cap. 3. tr. 2. Girland. de Sortileg. qu. 2. num. 46.*) nec istud triennium observandum erit, *Pac. JC. Isagog. ad cit. t. extr. de Frigid. Panormit. h. l. n. 6. c. 1. accepisti. & c. 7. litera n. 1. c. 5. laudabilem. n. 2. Melanch. l. c. Ungepaur. h. l. p. 556. Besold. l. c. Mascard. de probat. Conclus. 312. n. 6. & conclus. 888. n. 3. 4. & seqq. Brun. de Spons. & matrim. concl. 28. n. 16. Nicol. Hemming. de divort. caus. 3. p. m. 193.* præprimis cum in certis amplius locus conjecturis esse non debeat, *l. 137. §. 2. in fin. de V. O.* Satis probè hæc exprimit *Sanchez. l. c. n. 3. p. m. 370.* Quando, subjungit ille, signa necessariò & evidenter impotentiam concludunt, sive viri, sive fœminæ, nullâ temporis morâ expectatâ est dissolvendum matrimonium. Hæc conclusio ab omnibus admittitur. Quia *c. laudabilem. X. de Frigid. & malefic.* ubi triennium experientiæ præscribitur ad concludendam frigiditatem, excipitur, nisi prius ea probari possit. At nulla apertior probatio hâc reperiri potest. Secundò quia, constante impotentiâ ac subinde matrimonii nullitate, contra jus naturæ esset co-

5.

6.

pulam permittere. Tandem, quia cum exſtet apertiſſima probatio, fruſtra expectaretur eventus triennii, cujus nullus induceretur effectus, *cap. cum contingat. X. de Off. delegat.* Nec tunc juramentum ſeptimæ manus deſideratur, ut bene docent *Gloſſ. ad cap. fraternitatis. in princ. verb. matronas. X. de Frigid. & ibi Abb. n. 11. Alexand. de Nevo. h. t. in princ. n. 8.* qui duo benè advertunt, nec juramentum ipſorum conjugum eſſe neceſſarium. Cum ad oculum pateat impotentia. Quare ſufficiat juramentum matronarum vel medicorum, ea ſigna clarè per inſpectionem teſtantium, &c. Hæc Ille. Aliàs ſpecialis hujus rei caſus videatur *ap. Dedekenn. vol. 3. p. m. 351. n. 6.* in verbis: P. P. Euch geben wir zu vernehmen/ daß uns vorkommen iſt Anna N. und hat ſich beklaget/ wie das N. N. ſich mit ihr verlobet/ zuſammen geben/ und ehelich beylegen habe laſſen. Aber wiewohl ſie beyde/ als Eheleute/ vielmahl bey einander gelegen/ und ſie das Weib ſich verſehen/ ehliche Pflicht und Werck zu bekommen; Er habe ſich aber niemals ſo geſchickt befunden/ das er ehelicher Wercke begierig/ oder auch derſelben Vermögend geweſen/ zuvor oder hernach darzu Neigung oder Geſchickligkeit empfunden/ ſo doch 2. Jahr von ihren Beylager verlauffen/ achte ſich darzu gantz unvermögend/ und habe davon vor dem ehelichen Vertrauen und Beylager nicht gewuſt/ ſondern gemeinet/ es wäre mit- und in der Ehe nichts anders/ denn daß ſich zwey Perſonen mit einander ernehren müſten. Wiewohl denn aus Anſchauung ſeines Angeſichts/ da er bleich und unbärtig/ nicht ungläublich/ daß er er zu männlichen Wercken unmögend. Dennoch aber/ dieweil dieſes ſorgliche und gefährliche Sachen

7.

ſeyn/

seyn/ Gewissen und Aergernis belangend / so befehlen wir euch/ daß ihr beyde Personen / desgleichen von ieglicher Person zween ihrer Freunde für euch wollet erfordern/ ihnen die Sache fürhalten / und wo diese vertrauete/ solches (wie oblaut) auff ihr Gewissen / und die Freunde das auch auch auff ihr Gewissen und Eyde nehmen/daß sie gläuben/ daß es Natürliche Unvermögenheit sey/erkennen auff solchen Fall wir/das Weib sey frey und ledig/geben ihr Macht und Recht / einen andern im Nahmen des HErrn zu nehmen. Zur Urkund etc. Semper tamen in hâc societate contractâ eô attendendum, an vitium ope medicorum curari possit; Nam si possibile, nec matrimonium contractum dirimit, per ea, quæ fusius tradita fuerunt in *θ. 2. cap. 6.*

Thesis IV.

1. *Quid statuendum, si una pars impotentiam alleget, altera eandem neget.*
2. *Mulier in ipsa novitate post mensem aut duos proclamans causatur separationem.*
3. *Sola virginitatis læsio valida potentiæ præsumtio non est.*
4. *Mulier post annum aut dimidium provocans præsumtionem contra maritum impotentem non facit.*
5. *Ratio decidendi in utroq; casu.*
6. *Quæ tamen intelligenda de impotentia precedente, non superveniente.*
7. *Conjuges utriusq; fortunæ socii.*
8. *Exemplum Theogenæ Agathoclis uxoris.*
9. *Informationes quatuor consolatoriæ ex Lud. Dunt. Casibus. Conscientiæ.*

10. Sen-

10. Sententia Consistorialis ex Carpzovio.

1. MAjor scrupulus delitescit in hoc casu, quando una pars impotentiam allegat, altera eandem negat, e. g. Titius thalami fœdere sibi junxit Affraniam, celebrato autem conjugio illa ipsa clamitat, Titium viribus non valere, Titius inficiatur, ubi quæstio est, cui credendum sit? At optimè dissidium hoc deciditur in *c. si*
2. *quis. 33. q. 1. c. 1. accepisti. extr. de frigid.* videlicet si mulier in ipsâ statim novitate post mensem aut duos ad Episcopum aut ejus missum proclamaverit, separatio intercedere potest, modo accusatio ulterius per rectum judicium pobetur, *c. 1. quod autem. 33. q. 1. Spekhan. lib. c. Pac. h. t.* (ubi tamen tanquam argumentum fal-
3. lax non sufficit sola virginitatis læsio quia hæc etiam aliis modis amitti potest, *Panorm. h. l. c. 7. n. 10.* nil dicam de viduis, ubi planè hæc inspectio cessat) Sin verò post an-
4. num aut dimidium ad Episcopum clamaverit dicendo, quod non fuisset cognita, maritus interim contrarium affirmet, marito tanquam mulieris capiti credendum
5. est, *Ungep. l. c.* Rationem prægnantem satis *cit. c. 1. extr. de frigid.* suppeditat, quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? citò enim & in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisset. Quapropter contra mulierem defloratam duæ præsumtiones concurrunt, (1) quia tardè proclamavit, (2) quia vir dicit se eam cognovisse: at rursus eliduntur, si veraciter aliis circumstantiis eam adhuc virginem esse probari possit, vitiumque manifestum in marito exstet, *add. Panorm. ad cap. cit. c. 1. extr. de Frigid.* Veruntamen hæc dicta sunto de præcedente impotentia, sive jam illa violenti castratione, & membri

bri genitalis truncatione, sive arctitudine incurabili & alio quocunque pacto concilietur, quoniam hæc matrimonium legitimè contractum nunquam dirimit, sed multò magis initum ritè fœdus inviolabile conservat, *c. 29. quod autem. 27. q. 2. c. 25. hi qui matrimonium. 32. qu. 7. Pac. l. c. reg. 1. Schneidevv. tit alleg. de Nupt. Melancht. de coniug. summ. an propter morbos & c. p. 760. Panorm. ad c. 4. X. de frigid. n. 3. Zas. h. t. n. 4. Gerhard. Tom. VII. Loc. de Conjug. n. 658. & 685. p. m. 393. a. Dn. Struv. Syntagm. jur. civil. Ex. 29. th. 20. & Ex. 29. th. 40. Carpzov. prax. rer. crim. part. 2. q. 61. n. 18. & Jurispr. Consist. part. 2. defin. 202. per tot. Beust. de Jur. Connub. p. 2. c. 14. Brunnemann. ad l. 10. C. de Repud. n. 6. Rittershus. de Differ. Jur. Civil. & Canon. lib. 2. c. 12. n. 136.* Ratio est, quod conjuges ad quamcunque fortunam perferendam obligati sint, nilque existat tam humanum, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse, *l. 22. §. 7. solut. matr. Reinhard. Konig. Theatr. polit. part. 1. n. 105. & seqq. Schonborn. lib. 1. pol. c. 6. Gerhard. l. c. ex Luther. Tom. 2. Jen. Germ. de vit. conj. f. 156. Ludov. Dunt. Cas. Conscient. cap. 19. sect. 3. q. 6. p. m. 842. Nicol. Hemming. de Conjug. Repud. & Divort. caus. 3. divort. p. m. 194.* Dicuntur enim nuptiæ consortium omnis vitæ ac communicatio divini humanique juris ad hoc scilicet, ut conjux domicilii, fori honoris & bonorum, omnisque fortunæ, tam secundæ quam iniquæ, capax perpetuò & socia, imò quasi pars corporis mariti sit, eumque sequi teneatur vagabundum, exulem & extorrem, *c. 8. admonere. 33. q. 2. arg. c. 3. unaquaque. 13. q. 1. Pomeresch.* 7.

8. *ad pr. Inst. de Nupt.* Hinc venustè Theogena Agathoclis uxor Regis Syracusanorum, se cum marito suo non tantum faventis, sed etiam adversi fati societatem inivisse dixit, *Rittershus. ad pr. Inst. de Nupt. p. 62.* Rationes elegantes profert *Dunt. l. c. p. m. 843.* ex Dieterico:
9. (1) Ist in solchen Fällen zu bedencken / wie dieses GOttes Wille und Verhängniß. Geschicht es nun aus Gottes Zulaß und Verhängnüß / so wird Er gewisse Uhrsachen haben / warumb Er dieses verhänge. Und muß denen / die GOtt lieben / alles zum besten dienen / *Rom. 8. v. 28.* (2) Müssen solche Leute / also heimgesuchet / der Heiligkeit und Reinigkeit sich befleissigen / und aller Gelegenheit zur Unzucht müssig geben / ungeziemender Wort und Geberden sich enthalten. Die Sünde meiden ist die Uhrsache zu sündigen meiden. Ja das Hertz muß auch rein seyn / denn GOtt siehet das Hertz und die Gedancken an. (3) Muß der da untüchtig / wider GOtt nicht murren / daß ihme seine Mannschafft benommen oder geschwächet / und Er dadurch seine Fleischliche Lust nicht vollbringen möge / daß wehre lüstsüchtig und sündlich / ein solcher wehre spado suspirans *Syr. 30. v. 21.* (4) Der Verschnittene soll nicht sagē / Siehe ich bin ein dürrer Baum / denn so spricht der HErr zu den Verschnittenen / welche meinen Sabbath halten / und erwählen was mir wohlgefällt / und meinen Bund feste fassen / denen wil ich in meinen Hause und in meinen Mauren einen Ort geben / und einen bessern Nahmen / denn den Söhnen und Töchtern / einen eigenen Nahmen will ich ihnen geben der nicht vergehen soll / *Esai. 56. v.*
10. *45.* Hoc modo etiam pronunciarunt Consistoriales *ap. Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. defin. 202. in fin.* habt ihr

Ew-

Eure Tochter N. N. Ehelichen zugesaget und versprochen / worauf sie beyde mit einander getrauet worden / Hochzeit gehalten / und in die 3. Jahr friedlichen einander beygewohnet / Es wil aber nunmehr daher Wiederwärtigkeit unter ihnen entstehen / daß bemelter N. N. durch ein Unglück und unversehenen Fall an seinen heimlichen Orte dergleichen Schaden genommen / daß er hinführo seinen Weibe eurer Tochter nicht ehelichen beywohnen mag. Ob ihr nun wohl gemeinet / deßwegen die Ehescheidung zusuchen : Dieweil aber gleichwohl solche Ungelegenheit aus GOttes sonderbahren Verhängniß geschehen / in welchen Fall ein Ehegatte von den andern nicht abzusetzen / sondern ihme getreu zu seyn / und in Gedult Göttlicher Schickung sich zu unterwerffen pflichtig. So mag demnach die Ehescheidung nicht statt finden / V. R. W.

Thesis V.

1. *Maritus studio continentiæ præpostero ductus, vel se ipsum castrans, facit matrimonium rescindi.*
2. *Idem dicendum de muliere, quæ vel medicamentis, vel incisionibus se ineptam facit.*
3. *Incisio hæc magis debilitat partes genitales, quam, per se & quidem negativè, impotentes reddit.*

PRotulimus autem hæc de impotentiâ violentâ, uti & casu obveniente : Nam si quando maritus præpostero perpetuæ continentiæ studio ductus, *arg. c. 1. si dicat. 33. q. 5.* atque in DEUM rebellionem faciens, *nov. Leon. 98.* voluntariâ vel potione, de qua *supr. Carpzov. th. 2* vel incisione venarum, vel exsectione sibi infirmitatem conciliaverit, à magistratu, cujus justam adver- 1.

 sus

ſus ſe indigationem cudit, non tantum puniendus,(gladio ſcilicet juxta *Hemming. de Divort. cauſ.3.p. m. 104.* quod tamen præcisè non aſſerimus) ſed etiam pro malitioſo deſertore habendus eſt, *c.7.aliquando.32.q.2.* quia inimicum naturæ animum capeſſat, detrahitque, quæ debet, uxori, quod tamen eâ invitâ peragere prohibetur, *sit. c.1.ſi dicat. c. 2. notificaſti. c. 6. una ſola, c. 33. q.5.* quocirca quoque innocenti parti de novo conſulendum atumat cum *Bidenbach. de cauſ. matrim. p.101.Gerhard. l. c. n. 658. add. Ludovic. Dunt. Caſ. Conſc. cap. 19. ſect. 3. q. 13. p. m. 846.* Idem de muliere quæ ſe ad ſobolis conceptionem vel medicamentis, vel inciſione arteriarum, quæ poſt aures ſunt, fecit ineptam, ſtatuit *Raup. Bibl. Port. de Conjug. lib.2. part. 5. cap. 4. p. m. 218.* Tametſi hanc venarum poſt aures inciſionem potius maris fœminæque corpus, ac præcipuè genitales partes ingniter refrigerare, debilitare & ſeminis materiam abſcindere; quam in totum privare potentia generandi & concipiendi aſſerere mallemus cum *Zach. in QQ. Medic. Legal. lib. 3. t. 1. q. 1. n. 16.* Recenſet enim ille ex variis Autoribus exempla eorum, qui poſt ejusmodi ſectionem validi permanſerunt, Nam (inquit ille) *Valeſc. Tarentin. lib. 6. Phydon. c. 2.* ſe venas hujusmodi ſecaſſe tam in viris, quam in mulieribus teſtatur, & tamen omnes remanſiſſe fœcundos. Et *Proſp. Alpin. lib. 2. de Medic. Ægypt. c. 10.* de quodam juvene Cophto mentionem habet, cui maxima ſangvinis copia, per eas venas detracta, non niſi longum ſomnum excitavit, (ut venire quoque Schytis dicebat *Hippocr. de Aer. aqv. & loc.*) quo per tres dies detentus, ab eoq; expergefactus

& convalescens, uxore ductâ liberos procreavit. Alium tractavit *D.Petrus Castellus* mihi amicitiâ conjunctissimus, cui hirudinibus post aures applicitis, sangvis per tres continuos dies fluxit, ex quâ causâ perpetuâ surditate affectus est, uxore ductâ liberos non pcocreavit, sed eâ defunctâ & secundis nuptiis potitus fœcundus fuit.

THESIS VI.

1. *Quomodo procedendum quando pars impotens post separationem novum matrimonium contraxit.*
2. *Impotentia ex frigiditate orta rescindit nuptias secundas; ex maleficio, reservat firmas.*
3. *Ratio hujus utriusq; juris.*
4. *Limitatio quod non procedat in frigiditate & maleficio totali.*
5. *Quid juris si maleficiatus post separationem, antequam ad novum conjugium accedat, robustus fiat?*
6. *Mulier nimis arcta a priori viro, licet per secundum habilis fiat primo, tamen secundo adhærere tenetur.*
7. *Mulier arcta an incisionem pati respectu mariti obstringatur?*
8. *Sententia & Sanchezii affirmativa argumenta*
9. *Pontii fundamenta negativa.*
10. *Conciliatio opinionis utriusq;.*
11. *Vir ex eodem fundamento ad instantiam mulieris incisuram perpeti debet.*

NEc minus hic disquiritur, quando pars impotens post separationem novum matrimonium contraxit, an illud rescindi debeat? affirmat hoc *c.5, laudabi-* 1.

lem. extr. de frigid. negat *c. 4. si per fortiarias. 33. q. 1.* Ast iterum hoc negotium mediante quâdam distinctione componi posse arbitramur, videlicet: Separatio orta fuit aut ex nimiâ membri magnitudine & fœminæ arctitudine, aut ex frigiditate, aut ex maleficio. Sin prius, cum impotentia non sit absoluta, sed respectiva, datur utrique conjugi licentia contrahendi cum aliâ personâ, ergo quam non est impotentia, *Sanchez. l. 7. Disp. 93. n. 37. Enriquez. lib. 12. de Matrim. cap. X. in*
2. *comment. lit. Q.* Si ex frigiditate, omninò secundæ nuptiæ rescindi debent; Sin ex maleficio, firmæ per-
3. manent. Ratio est, quod maleficiatus præcipuè respectu quarundam personarum imbecillis sit, respectu quarundam optimè valeat, imò sæpissimè omnes mulieres, exceptâ solâ conjuge, carnaliter cognoscere queat, *c. 7. litera. extr. de frigid. Cardan. lib. 2. de venen. Capell. Tolosan. q. 35. n. 1.* adeoque Ecclesia minimè decipiatur, si is novam uxorem ducat, *d. c. per fortiarias. Angel. Clavasin. in summ. verb. matri-*
4. *monium. 3. impediment. 16. §. 1. 2. 10. 12.* Aliter se res habet in frigiditate & maleficio totali, seseq; ad omnes indistinctè extendente; quæ, cum non in certo subjecto finiantur, justissimè maritum novas nuptias ambientem, tanquã perjurii reum adigunt ad priora connubia redire, *d. c. laudabilem. Zas. l. alleg. n. 13. Panorm. l. c. num. 7. Heinric. Kornmann. de iur. virgin. cap. 32. p. m.*
5. *106.* Eodem fermè effato uti possumus, si maleficiatus post separationem, antequam ad novum conjugium accedat, robustus fieret, nimirum eundem pari ratione non posse cogi. Ratio est, quoniam ab initio illud

pri-

primum propter impedimentum, quod intercedebat, ratione finis nullum judicabatur, *Petr. de Ancharan. ad c. fraternitatis. in fin. X. de de frigid. Johann. Andr. h. t.* idcirco jam res de novo agenda, & quia nulla legum defraudatio accessit, consensus partium liberrimus adhibendus venit. Idem denique affirmamus de muliere nimis arctâ priori viro, quæ tametsi per secundum maritum habilis facta sit primo, tamen secundo adhærere tenetur. Modò tamen apertè appareat de dissimilitudine membrorum amborum, alias esset restituenda priori marito, volente eam recipere, quia videtur Ecclesia decepta, *Kornmann. l. c. cap. 34. p. m. 103.* Hîc non incongruè quæritur, quid juris in muliere satis arctâ, an & hæc necessariò incisionem pati, vi obligationis cum marito initæ, debeat? Affirmat hoc *Thom. Sanchez. de Matrim. 7. Disp. 93. n. 34. p. m. 335. cum Caned. summ. Sacram, c. 5. n. 38. Lud. Lopez. Instr. p. 2. c. 52. Veg. tom. 2. summ. c. 34. cas. 103. Ledesm. 2. p. 4. q. 60. art. 2. col 5.* propterea quod cùm (verba sunt Sanchesii) verum sit matrimonium, uxor jus sui corporis transtulit, in virum. Ergò ubi commodè potest sine magno incommodo, aptam se reddere viro tenetur. Confirmatur: si enim vir non posset moveri ad fœminam cognoscendam, nisi certo situ, aut pulchra, ornatave pretiosis vestibus sit, quis dubitabit teneri fœminam eo situ uti, ac pretiosis indui vestibus, fucisq; faciem decorare, ad viri imbecillitatē adjuvandam? Cum tamen impedimentum non oriatur ex parte fœminæ. Dices ex his non sequi fœminæ detrimentū: at maximū sequitur ex apertione claustri. Quod fortè decepti sint

me-

medici, & postea non poterit vir eam cognoscere, & dissolvetur matrimonium, ac illa innupta manebit. Quia alii non credent à viro incognitam. Sed respondeo, dato ex hâc parte illam deobligari, haberi jam intentum, nempe non oriri deobligationem hanc ex eo, quod impedimentum non se tenet ex parte foeminæ (quod intendit sententia contraria) sed orietur ex damno subsecuto. Sed etiam hinc non oriri, inde persvadetur. Quod cum id matrimonium censeatur validum, jus nullum habet foemina ad virginitatem tuendam. Quare hoc non est reputandum damnum: eò vel maxime, quod si posteà dissolvatur, matrimonium durante viri impotentiâ, notoria erit per sententiam Ecclesiæ præcipientis incisionem, & declarantis virum impotentem, innocentia foeminæ. Deinde quia incisioni illi & medicaminibus susceptis, præponderat jus ad usum matrimonii, periculum incontinentiæ maximum, ac pollutionum utriusque conjugis cùm perpetuô cohabitare debeant, tanquam veri conjuges. Tandem quia hæc obligatio nascitur ex eo, quod quicunque tenetur ad aliquod obseqvium, tenetur subinde ad requisita illius ad exhibitionem. Quare hæc obligatio non nascitnr ex impedimento præstito per mulierem, sed ex jure matrimonii, cum satisfieri aliter, nequit &c. Hæc *Sanchez.* Sed ad hujus argumenta respondet *Basil. Ponze de Matrim. Sacram. l. 7. c. 62. p. m. 379.* & ad
9 primum quidem, foeminam, inquit, per contractum matrimonii jus suum tradere viro apto, non inepto, atque in non aptum nullum transferri jus. Adde etiam in eo medio magna incommoda reperiri, quæ jam dixi.

dixi. Cófirmatio frivola est. Quid enim mutationis situs ac vestigium cum virginis incisione, & viri impotentia comparatione virginis ? Ad secundum, si vir est ineptus simpliciter ad virginem, nullú consurgere jus matrimonii poterit, quod præponderet incisioni. Nam virgo non se tradit ex naturâ contractus illo modo celebrati, nisi habili & corpore de se apto, quasi emat corpus etiam aptum ad illam in eo statu, quo se illi tradit. Concupiscentiæ verò nullum est periculum, dissolvitur enim matrimonium, ut in ea causa, qua dixi, præjudicium est. Tertium & postremum eodem pede claudicat: supponit enim teneri corpus virginis de se aptum ad obsequium viri ad virginem prorsus inepti, quod non negamus; iste verò auctor nulla ratione sufficienti confirmat. Poterit quidem fœmina, si voluerit, incisionem pati, obligari autem ad illam non potest. Si autem incisa adhuc à viro cognosci non possit, non tenetur vir illam alere, sustinuit enim sua sponte ac se objecit illi periculo atque ideo nullam injuriam intulit. Sicut qui sine ulla vi agnoscit virginem, etiamsi matrimonium amittat, nec æquè bene nubere possit, ad nullam restitutionem tenetur, qui violavit, ac si contra ejus voluntatem incideret, & adhuc postcà inepta esset illi viro, non liberarem virum ab onere dotis sufficientis constituendæ, ut æquè benè nubere alteri posset, &c. Nos in hac sententiarum diversita- 10.
te arbitramur sæpiùs hactenus probatam distinctionem & hîc locum obtinere valere; videlicet an incisio hæc absque, vel cum mortis periculo suscipi debeat. Sin prius, rectè statuisse videtur *Sanchez, l. c.* cui adjicen-

dus videtur casus, si uterus non naturali panniculo, sed magis duro obduratur ingressum peni impediente. Sin posterius, non abs re uxor ex moderamine defensionis naturalis sententiam *Ponzii* arripere posset. Ex paritate causæ & observato processu eandem incisuram perpeti maritum debere asserimus ad instantiam mulieris, quæ mater fieri discupit, si fortean ob frænum glandi substratum penis obtortus existat, vel glans detigi ob præputii angustiam non possit.

THESIS VII.

1. *An quis salvâ conscientiâ ad sanitatem recuperandam possit maleficii ligaminis signa destruere?*
2. *Argumenta opinionis affirmativa.*
3. *Responsio ad fundamenta negativa.*
4. *Judicium Leonhardi Lessii.*
5. *Munitione crucis ad evitandam hanc incantationem rectè Christiani utuntur.*

ULtimum superaddimus quæsitum, idqve haud leviter inter Doctores agitatum, an nimirum maleficiato, ut hanc actionem adversus se instituendam evitet, liceat maleficii signa destruere, (exemplum *vid. sup. cap.* 18. 1.) pariter ac sanitatem hâc viâ sibi comparare? In utrâque quidem cùm affirmantium, tùm negantium parte argumenta extant haud minimi ponderis, vincere tamen arbitramur ea, quæ affirmativam firmant, quoniam (1) remedium illud non est prohibitum jure positivo, nec quicquam in hâc amotione intercedit illiciti, (2) conducit ad rescindendum pactum, quod permissu divino magi cum diabolo respectu maleficati inierunt,

erunt, (3) ex naturâ rei per se & intrinsecè malum non est: nam sicuti citra delictum ipsos maleficos nos infensantes ac per diabolum operantes tollere possumus; ita etiam instrumenta eorum ad operandum adversus nos excitantia jure naturali dissipare valemus, quod hic optimè procedit. *arg. l.3. de J. & J. l.1. §.27. de vi & vi arm.* præprimis qvum signum amovens non à dæmone, sed à Deo potius sanitatem expectet, tametsi non eamus inficias, potuisse & sine signi destructione hunc DEUM adjuvare. (4) hæc sublatio fit mediis licitis, bonâ intentione & fine, neque pactum cum Diabolo importat: intenditur enim sanitatis restitutio, noxæ cessatio, atque fœderis diabolici abolitio: idcirco similiter non peccat, qui maleficum preces quasdam aut notas magicas in alterius detrimentum producentem, ne verbis, vel characteribus à dæmone effectum conseqvatur, probè verberibus cædit juxtim & variat. Negativæ assertionis fundamenta proferunt *Zas. comment. ad tit. extr. de frigid. num. 12. & ex Joh. Hesselà Lovan. prælect. lib. 4. sent. Delrio, lib. 6. c. 2. q. 3. sect. 1. p. m. 944.* quia quis se, signum deturbando, immisceret pacto diabolico tacitè: Namque pactus est satanas cum magis, & aliis, qui hoc prohibito verborum & notarum abusu utuntur, vel expressè, vel tacitè, ut signo posito lædat, signo remoto desinat; qui ergo signum auffert, agit ex spe promissi pacti. Sed hoc argumentum robur suum obtineret, si nos intelligeremus eum, qui vi pacti, quod magus fecit cum dæmone, dæmonem cessare vellet; attamen qui subtrahit signum, prout hic consideratur, non agit cum diabolo ex pacto, quin potius

illud ipsum, tanquam extremè sibi nocivum disjicit; adeoqve expectat, non ut ex pacto, quod nullum hic, dæmon aliquid faciat positivi, sed privativi, & ut hoc signo non amplius honoratus, atque liber à promissis, quibus maleficum arctius sibi devinxit, facere desinat. Illicitum igitur est expectare aliquem effectum positivum vi alicujus pacti conventi cum dæmone, quod cessare hoc loco nemo non videt: quoniam ne quidem ideò signum tollitur, quod existumetur illi vim inesse sic nocendi; sed quod credatur, quamdiu hæc posita manebunt, Satanam propter pactum cum malefico non quidē absolutè, sed Deo permittēte, nocere posse & velle: aliquādo enim diabolus stat pactis conventis cū mago, non quia fidelis, sed quia hoc ad decipiendos homines utile censet.
4. Perinde enim saga facit, atque si tyrannus aliquis juxta *Leonhard. Less. de J. & J. lib. 2. cap. 7. dub. 8. n. 48.* per suos satellites torqueret: utitur quippe dæmone, tanquam instrumento, eum assiduè instigans signis illis, quibus se dæmon obstrinxit, ad noxiam inferendam. Quocirca cum nec honor, nec fœdus aliquod ad dæmonem hâc signi destructione perveniat, sed tantummodo mediante divini nominis invocatione ejus pactum removeatur, suique ipsius defensio instituatur, illam licitam esse supra statuimus: quamvis non negemus, quando Deus in genere immundo permittit spiritui mediante signo nocere, non posse eum nocere signo destructo, quia permissionem suam sic limitasse videtur, hinc tamen non sequitur, Deum habere pactum cum dæmone, *add. Delr. supr. cit. loc sect. 1. 2. & 3.* ubi præter remedia naturalia & supernaturalia contra artes

am-

magicas, quatuordecim alia dissentientiũ dubia examinat, quæ quoniã omnia ferè ex unico hôc prolato promanant, ne chartæ longius excrescant, publicè cũ eruditis diluere animus est. Porrò etiam sine peccato munitionem crũcis ad tollendum veneficium adhibere, 5
quemadmodum, si maleficus signum sciat, & sine maleficio aufferre possit, illud ab ipso inquirere, & eundem ad tollendum cogere, vel amicè sollicitare possumus: prolixius de his *vid. Zas. l. c. n. 10. & seqq. Binsfeld. ad tit. C. de Malefic. & Mathem. concl. 2. item Bodin. Dæm. lib. 2. cap. 1.* qui de cive Ratisbonensi asserit, quod magam arripuerit strangulaturus, eamque vi ad impedimentum solvendum compulerit.

Caput Octavum

Repræsentat in genere impotentiam fictam.

Thesis I.

1. Quid sit impotentia ficta.
2. Impotentia ficta per leges nomen sumsit.
3. Paria sunt in jure non esse & non competere.
4. Impotentia ficta exempla in sponsis ante festum conjugale ab aliis initiatis.

Tantum de impotentiâ verâ; paucis nunc ordo postulat, ut de fictâ agamus, quam sic describimus: Quod 1.
sit coëundi defectus in naturaliter potente, divinâ ac civili lege introductus. Quamvis autem hâc impotentiâ laborantes reverâ debitum conjugale solvere posse, 2.

optimè nobis perspicuum sit, cum sæpissimè firmiorem corporis constitutioné obtineant, quàm alii, qui hâc lege non tenentur; judicantur tamen ratione certarum personarum non valentes, *arg. l. fin. C. de sent. ex brevic. recit.* atque ad copulam ineundam nullo pacto idonei, fictione scilicet juris, quæ idem in casu ficto, quod in vero veritas mihi operatur, *l. 28. de vulg. subst. Everh. Loc. Top. à vi fictionis. cui add. Barthol. Bertazol. Consult. Decisiv. lib. 1. cons. 52. n. 2. pag. 242.* Nam *Tò* posse honestum infert, *Godofred. ad d. l. 79. de jur. dot.* (id enim possumus, quod jure possumus, *Ponce, de Matrimon. lib. 7. c. 61. n. 3. p. m. 376.*) hi autem contra jus agunt, verecundiam ac pietatem lædunt, *l. 15. de condit. instit. arg. l. 6. qui satisd. cog.* simul & frenum illegitimis cu-
3. piditatibus laxant, *Melancht. de conjug. restrict. 1.* unde etiam quodammodo enatum illud, quod paria sint, jus non esse, & non competere, *l. 1. C. quand. non petent. part. l. 3. §. 9. l. 4. de bonor. poss Bald. in l. nam etsi. §. 1. de inoff. testam. Vultei. Marp. vol. 3. cons. 35. num. 132. p. m. 517.* In genere ad impotentiam fictam referimus, ut alia sexcenta taceamus, famosum quarundam gentium abusum, de quo *Henn. Arnisæus de jur. Connub. cap. 3,*
4. *sect. 3. §. 4.* Lacedæmonii, inquit, quia liberos non sibi, sed Reipubl. educabant, nihil quoq; pensi habebant, solo marito contenta viveret mulier, an fortissimo cuiq; traderetur, ut similes ab eo conciperet liberos, *Plut. in Lyc.* quemadmodum adulteranda fuit data regia conjux Alcibiadi, cum apud eos exularet, *Plut. in Alcib.* Apud Nasamones consvetudo fuit, ut sponsæ per convivarum ordinem deductæ à singulis initiarentur, priusquam ad
spon-

sponsum devenirent, *Herod. 4.* Calecutiorum regulorum sponsæ prælibari solebant à Brachmannibus sacerdotibus, *Histor. Calec.* Volsiensibus quoque antiquitus legem fuisse, ut ingenuo nupturam virginem ex Senatorum ordine quisquam prius delibaret, autor est *Val. Max. lib. 9.* Evenus II. Rex Scotorum inter cœteras hanc quoque legem tulerat, ne Rex Nobilium, Nobilis plebejarum sponsarum pudicitiam prælibarent ante nuptias, *Buchan. lib. 4.* Babiloniorum mulieres semel quotannis ad templum Veneris desidebant, copiam sui peregrinis exhibentes, *Herod. lib. 3.* Sic Adriimachidæ virgines nupturas exhibebant Regi, & quæ sibi placebant, illas Ipse devirginabat, *Alex. ab Alex. l. 1. c. 24. Greg. Tholos. de rep. lib. 9. c. 1. n. 48.* Hermes, *p. m. 153. num. 86. cap. 11. Fascic. Jur. Publ. Speidel. voc.* Lehndienst. §. *4. ex Choppin. & Camill. Borell.* Sed pergimus ad specialia, quæ nobis suppeditabit.

Caput Nonum.

DELINEANS QVASDAM IMPOTENTIÆ FICTÆ SPECIES.

Thesis I.

1. *Prohibita sunt conjugia omni jure inter ascendentes & descendentes.*
2. *Inter fratres & sorores incestus juris Gentium committitur.*
3. *Nec tolerantur conjugia inter consangvineos & affines, nisi quoad gradus jure civili & canonico descriptos.*

4. Ra-

4. Ratio Bellarmini, quamobrem usque ad quartum gradum inter consaguineos inclusivè matrimonium sit prohibitum, rejicitur.

QVoniam hæc præsentis impotentiæ tractatio in materiâ præsertim nuptiarum inutilium & incestarum suis nititur radicibus, diffusionem, quò ex scriptis scripta præter necessitatem conficiantur, adhibuisse parum decebit; quin potius eandem, tanquam rem communi Doctorum ore decantatam, supremis degu-
1. stasse labris juvabit. Exhibet autem se (1) impotentia parentum, eorumque qui parentum loco sunt, in respectu ad liberos & contra, quam omni jure, divino, civili & canonico prohibitam esse manifestum est, *Levit. 18, v. 7. §. 1. §. 5. Inst. l. 17. §. 2, l. 53. ff. l. 17. C. de Nupt.*
2. Secundo intercedit inter fratres & sorores: Sed de his nostrum jam facimus, quod vulgò quæritur, an nimirum (tempore mundi multiplicati, non multiplicandi, ubi planè extra pœnam, imò præceptum erat) incestus juris gentium, an juris civilis ab ipsis committatur? Posterius tuentur *Giphan. ad §. 2. Inst. de Nupt. Ludvv. D. 2. th. 4. lit. a.* aliique quamplurimi, moti potissimum autoritate *l. fin. ff. de Rit. Nupt. l. 39. §. 1. & 2. ad L. Jul. de Adult.* Prius idq; magis ritè adstruunt *Dn. Strauch. Diss. 2. aph. 12. Suthalt. Dissert. 2. aph. 35. Pomeresch. ad §. 2. Inst. de Nupt. v. fratrem. per arg. l. 8. l. 50. de Rit. Nupt.* & quia gentes, quibus leges Mosaicas DEUS non promulgaverat, ob violationem hujusmodi prohibitionis extremo exterminii supplicio puniit. Ter-
3. tia est inter consangvineos & affines usque ad quartum gradum inclusivè, idque jure Canonico *c. 8. non debet.*

X. de

X. de Consang. & Affin. ubi etiam continetur ridicula illa ratio, quare quaternarius numerus benè congruat prohibitioni conjugii corporalis, scilicet quia sunt quatuor humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis: utut eam defendere velit *Bellarmin. de Matrim. Sacram. lib. 1. c. 29. in fin.* Ait enim, hanc rationem licet non primariam, tamen esse physicam, & in quartâ generatione videri totum sangvinem interiisse. Nam in primâ perire vim paterni sangvinis igneam, sive subtilissimam; in secundâ aëream; in tertiâ, aqueam; in quartâ terream. Sed hanc sententiam una cum supputatione canonicâ, manifestè interdum falsissimâ, *vid. Sutholt. D. 2. aph. 33. 38. Rittershus. diff. jur. civil. & canon. lib. 4. cap. 5.* iis, qui eam defendere volunt & possunt, sponte remittimus. Interim Lector amicus conferre hûc potest ea, quæ profert *Dn. Struv. Ex. Jur. Civil. 29. th. 44.*

Thesis II.

1. *Quid sentiendum, si Patrinus ducere velit eam, quam ex sacro fonte levaverat?*
2. *Senator & ejus filius cum posteris jure Romano non poterant ducere libertinam.*
3. *Nec tutor & curator pupillam ac cujus curam debebant gerere.*
4. *Nec raptor raptam, quod limitatur jure canonico.*
5. *Nec adulter adulteram, ubi restrictio ex observantia Consistoriorum nostrorum.*

Quarta provenit ex cognatione spirituali, v. g. si compater ducere velit eam, quam ex sacro fonte 1.

Baptiſmatis levavit, *l. 26. in fin. de Nupt.* quam etiamnum hodiè apud Ruthenos & Moſchos obtinere tradit *Godofr. in not. ad l. c. ex Sigismund. comment. Moſchor.* Noſtris tamen moribus inſuper habetur, tùm maximè quod juri divino quoque incognita ſit, *Pomer. l. c. ad §.*
2. *1. de Nupt.* Quinta ſe offert inter ſenatorem, filium, nepotem pariter ac pronepotem ex filio nato, & libertinam atq; cujus pater materve artem ludicram exercuit: Item inter libertinum & ſenatoris filiam, *l. 23. l. 45. pr. §. 1. & ſeqq. de Rit. Nupt.* ſed hoc ſuo modo correctum per *Nov. 78. cap. 3. nov. 117. cap. 6. c. ſi quis ancillam. 29.*
3. *quæſt. 2.* Sexta animadvertebatur inter tutorem & curatorem filiosque eorum, juxtim & pupillam, ac cujus curam gerere debebant, *t. t. C. de interd. matr. int. pupill. & tutor.* niſi ante ſit deſponſata à patre, vel teſtamento deſtinata, quibus adjunge, ſi redditæ rationes ſint, adultaq; vigeſimum quintum annum exceſſerit, *l. 6. C. h. t. Scotan. Ex. jurid. h. t.* Septima reperiebatur inter raptorem & raptam, *nov. 150. l. un. §. 1. verſ. Nec ſit facultas. C. de rapt. virgin.* Sed jure canonico pur-
4 gato vitio impedimentum ceſſat, *c. 7. accedens. X. de Raptor. Incend.* adeò ut etiam bona raptoris, quæ jure civili raptæ mulieri applicantur, & amittuntur, ſi ipſa rapta raptori nubat, hoc jure novo mulieri permaneāt nubenti, *Gloſſ. ad. c. 4. de puellis. 36. quæſt. 2.* tametſi jure antiquo aliter ſe res habeat, *d. c. 4. add. Didac. Covarruv. Epiſcop. Segobienſ. de Matrim. part. 2. Tom. 1. §. 9. de*
5. *rapt. & nupt. ſecund. n. 2. p. m. 160. b.* Octava offendebatur inter adulterum & adulteram, *nov. 134. cap. 12.* quam tamen Conſiſtoria noſtra permittunt, modò adulter vel adul-

adultera vitæ prioris conjugis haud fuerint insidiati, nec conjuge vivente sibi invicem matrimonii fidem dederint, *Danaus Eth.Christ. lib. 2. c. 14. Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 1. def. 14. 15.* Aliæ porrò species erant 6.
quondam usu receptæ, utpote inter patrem adoptivum & filiam adoptivam emancipatam, *§. 1. Inst. de Nupt.* item inter sponsam filiæ ac patrem, vel contra, nuptiæ contrahebantur culpandæ, *l. 12. §. 1. & seqq. de Rit. Nupt.* His addi possunt servi, qui jure civili contubernium tantùm, non conjugium inibant, *l. 1. C. de incest. nupt.* quod etiam correctum jure canonico, *c. 1. dignum est. & t. t. X. de conjug. serv. c. 2. si quis liber. 29. quæst. 2.* ita tamen, ut jus semper maneat salvum domino, *Rittershus. diff. jur. civil. & canon. lib. 1. Harppr. ad tit. Inst. de Nupt. num. 2. Philipp. usu pract. Inst. h. t. Eclog. 58. n. 3. in fin.* Consimili ratione olim ex Lege veteri XII. Tabb. patriciis cum plebejis connubia inire prohibitum; idque ab Appio Claudio Decemviro postremis duabus additum tabulis fuisse testatur *Vultej. vol. 2. cons. 9. num. 3.* Sicuti quoq; apud Israëlitas sacerdotes nec viduam, nec repudiatam, nec quæ meretrix fuerat, ducere poterant, *Levit. 21. v. 7. 14.* Multas etiam gentes varia prohibitionum genera introduxisse manifestum est, quæ licet nō omninò matrimonium nullū pronuntiarint statim, illud tamen sic limitarunt, ut certam quandam pœnam incurreret, qui ejuscemodi nuptias statuto interdictas contraxisset: quemadmodum apud nos eadem fermè consvetudo inter quosdam opifices frequens atque recepta est. Cæterum plures impotentiæ legalis species præprimis in foro Saxonico usu venientes videri possunt apud *Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 5. & 6. per tot.*

CAPUT DECIMUM ACTIONEM, QUÆ EX IMPOTENTIA FICTA ORITUR, ADUMBRAT.

THESIS I.

1. Patronus iuramento adigens libertam ne nubat, jure patronatus privatur.
2. Pœna contrahentium nuptias illicitas.
3. Resolutio legis 1. C. de Condict. ob caus. dat.
4. Limitatio harum pœnarum remissivè.

CUm utique Reipublicæ expediat, ut delicta non impunita relinquantur, *l. 95. §. 1. de solut. l. 20. pr. de interorg. in iur. fac. arg. l. 11. de pœn.* optimo jure tanta pœnarum asperitas animadvertitur introducta adversus eos, qui prohibentibus divinis atque civilibus legibus, vel aliis generandi vim impedire, vel sibi potentiam
1. conciliare in certo subjecto annituntur. Hinc ergo, si prohibentes consideramus, patronus, qui libertam adegit jurejurando, ne nubat aut filios tollat, jure patronatus privatur, quod judicium & filius ejusdem sustinere cogitur, *l. 6. §. 31. de jur. patron.* juramenti vi interim
2. libertis remissa, *l. c. §. 4.* Ex parte eorum, qui contrahunt, (1) matrimonium non valet, *§. 11. Inst. de Nupt. l. 6. C. de Incest. Nupt.* nec (2) dos promissa exigi potest, *cit. §. 11. l. 52. de Rit. Nupt.* quemadmodum & donatio propter nuptias iisdem tanquam indignis sublata fisco vin-
3. dicatur, *l. 4. C. de Incest. Nupt.* Non obstat huic posteriori *l. 1. C. de condict. ob caus. dat.* ubi hæc donatio non publi-

blicatùr, ſed repeti poteſt: Reſpondemus enim cum *Dn. Schrot. in reſolut. difficil. ll. Cod. l. 2.* oppoſitum textum intelligendum eſſe de eo caſu, ubi vel conjunctio planè non eſt ſecuta, vel ſecuta quidem, ſed ignoranter illicitæ nuptiæ contractæ fuerunt: quamvis *Godofred. in not. ad l. 4.* inter jus vetus & novum diſtingvere malit. (3) filii hoc modo nati non ſunt in patris poteſtate, nec ei ſuccedunt, nec ab eodem alendi ſunt jure civili, *Auth. Ex. complexu. C. de inceſt. nupt. nov. 98. cap. 15.* tametſi abſolutè loquendo omninò ali debeant, *arg. t. t. C. de Epiſcop. & Cleric. & Orphanotroph.* imò jure canonico parentes ſuſtentare eosdem cogantur, *c. 5. cum haberet. X. de eo qui duxit in matr.* (4) bona confiſcantur, cingulum ſolvitur, & perſonæ hujusmodi honeſtiores relegantur: fœminâ quoque talia ſcienter peccante ſimili pœnæ ſubjugenda: ſubſtantia inſuper ſic amiſſa liberis hoc ipſo ſui juris effectis, ſi quos habet legitimos, applicatur: ut tamen pater ab eis alatur, quibus non extantibus fiſco defertur, *l. 6. C. & Auth. Inceſtas. de inceſt. Nupt.* Varias tamen pœnæ hujus limitationes pro circumſtantiarum varietate affert cum *Dd. Schreidevv. ad tit. Inſt. de Nupt. part. 3.* qui deſideranti ex aſſe, ut reor, ſatisfaciet. 4.

Thesis II.

1. Concluſio pagellæ cum excuſatione ad Lectorem.

ATq; hæ ſunt, candide Lector, pagellæ, quas æquiori tuæ, ut ſpero, cenſuræ objicio, communique ſimul eruditorum diſceptationi dedico, probè conſcius, rem acuratioris indiguiſſe limæ, quam tamen hactenus juvenilis robur judicii adhibere neſciit: qvapropter veniam

commissi ingenuè expeto, cum certus sim, quod me tum temporis obstrictū tenuerit fatalis illa ingeniorum scabies, quâ hodie eò deventum, ut omnes disputare, quam vivere malint, *Senec. Epist. 95. 108.* Potuissem equidem effugium quærere in formulis illis excusandi conclamatis undique nec non attritis, in magnis nimirum voluntatem sufficere, audacesque fortunam juvare: Veruntamen cum plausibilem hanc operæ parum navatæ declinationem declinare magis doctiorum animos, quam conciliare persvasum haberem, cogitatò asylum hoc apprehendere nolui: & rectè forsan. Extant enim prudentum tam varia absoluti laboris pronunciata, ut vix quenquam, qui quod non dictum prius, dicere atque effari valeret, offendas, adeòque seponendo melius informandæ juventutis rapsodiam consultiùs rem peragas. Patescit igitur, me nunquam vulgatâ præsenti chartâ animum induxisse, ut aliorum eruditioni inservirem, sed ut me potius publicè exercitio exercerem, cui tamen si fortè ex accidenti rem tuam spectantia interfutura sint, ea tuæ benevolentiæ lubentissimè concessa volo; sin autem politum magis judicium desiderantia surrepserint, juvenis ego, quem etiam vel à quolibet discere non pudeat, obtemperanter emendo. Vale odisseque noli.

FINIS.

